a quibus prius dominabant. ad propria re-  
uertentur. Omnes qui inuentus fuerit in  
ca occidetur. et omnis qui superuenit  
sub ferre auxilium chaldeis. cadet in  
gladio hostium. qui non fugerit et resiste-  
re uoluerit. mucrone punietur. Qui uero  
ad hoc uenerit ut resistere uelit. similiter  
gladio ferietur. Infantes eorum idem ba-  
byloniorum allident. siue percitent in  
oculis eorum. De hoc psalmista. longe  
ante predictit. Beatus qui tenebit et allidet  
paruulos tuos ad petram. Diripientur do-  
mus idem familie et diuitie eorum. et uxo-  
res eorum uiolabuntur ab hostibus. in oculis  
eorum. In manus uictorum seuitia.  
ut nec innoxiae parcat aetati. ut cun-  
te domorum diripiantur opes. et in con-  
spectu maritali. uxoribus uioletur pud-  
icitia. Ego ecce suscitabo super eos medos. qui  
argentum non querant. nec aurum uelint  
sed sagittas paruulos interficiant. et lac-  
tentibus uteri non misereantur. et super  
filios non parcat oculos eorum. Hic osten-  
dit. de quibus gentibus superius dixit.  
et quia non propriis uiribus. sed dei  
auxilio. tam sublimis regni potentiam

subuerterunt. a quo suscitata sunt contra  
chaldeos. siquidem subiecti erant chal-  
deis. Ideoque nullomodo talia agerent.  
nisi deo uolente. Pariterque describit tan-  
tam esse seuitiam medorum persarumque  
ut ardore sanguinis effundendi. aurum  
et argentum pro nihilo deputent. et sagittas  
suis lactentes infantulos transuerberent.  
¶ Et erit bablylon illa gloriosa in regnis. in-  
clita in superbia chaldeorum. idem in qua  
gloriabantur et superbiebant chaldei. Quid  
ergo erit bablylon. destructa et subuer-  
sa in desolatione. sicut subuertit deus so-  
domam et gomorrham. Non habitabit  
usque in finem. et non fundabitur a gene-  
ratione et generatione. idem numquam  
deinceps in aeternum fundabitur. In ue-  
ritate tenendum est non esse illam reaedifi-  
catam postmodum. sed ut quidam dicunt.  
lacus sunt ibi in medio eius. pleni serpen-  
tibus. et arbuta atque uirgulta. in quibus  
morantur diuersae bestiae et aues. Estque  
ibi uenatio regia. Sed quia sunt ibi por-  
tenta demonum. sicut in sequentibus  
dicitur. inhabitabilis redditur. sed pro  
bablylone duae ciuitates potentissime ae-  
dificate sunt. seleucia et tefiphonte quae  
adhuc manere dicuntur. Nec ponet ibi  
tentoria arabs. idem sarracenus. nec pasto-  
res fessi labore post uestigia gregum



requiescent ibi. sed requiescent ibi bestie  
 et replebuntur domus eorum draconibus.  
 s idē domus baby-loniorum. Et habitabunt  
 ibi strutiones et pilosi saltabunt ibi et  
 respondebunt ibi ulule subauditur in  
 uicem in aedibus eius. et sirene in delu-  
 bris eius. A p̄t multitudinē bestiarum et  
 serpentium ac doemonum. non au-  
 det quisquam pastor. idest deserti ap-  
 pettor ibidem habitare. Strutio au-  
 tem auis ē mirae magnitudinis. soli-  
 tudinem querens. quae hanc habet cō-  
 suetudinem. ut oua sua obliuiscatur in  
 deserto. Et p̄strutionem quae solitudi-  
 nem requirit. debemus intelligere om-  
 nia genera auium solitudinem delectan-  
 tum. quae ibidem habitant. Pilosi. ho-  
 mines sunt siluestres. hispidi. uel simi-  
 qui et incubones ut satyri a quibusdam  
 uocantur uel genera doemonum. Ulu-  
 le sunt bubones. tantae magnitudinis  
 ut corui. sed uariis maculis respersi. quae  
 solent rostrum defigere in paludem.  
 et enormiter ululare. Syrene sunt  
 dracones chrisati et alati. uel ut fa-  
 bulae poetarum dicunt. pisces sunt  
 marini. similitudinem mulierum. ha-  
 bentes. uel p̄syrenas possumus intelli-  
 gere portenta doemonum. Aedes  
 sunt domus magne. Delubra autem

erant templa deorum. quae dicebantur  
 a deluendo. ut quod ibi sperarent se  
 delui. idest mundari a peccatis. per  
 multitudinem sacrificiorum. ut quia  
 erant iuxta fontes. in quibus delueban-  
 tur hostie. Ideoq. dicit in delubris uolup-  
 tatis. quia ante aras deorum suorum lux-  
 uriabantur. et omnem uoluptatem  
 carnis implebant. Sed ubi iram illi  
 omnipotentis dī contra se maxime  
 concitauerunt. ibi minatur modo p̄-  
 pheta habitare diuersa genera serpen-  
 tium. et portenta doemonum. Sequi-  
 tur. Prope est ut ueniat tempus eius.  
 s et dies eius non elongabuntur. Omne  
 s tempus quamlibet longum sit aeterni-  
 tati dī comparatum. breuissimum est.  
 Miratur ergo p̄pheta imminere destruc-  
 s tionē baby-lonis. et dicit. Prope est  
 s ut ueniat dies euerfionis baby-lonis.  
 s et captiuitatis. et dies tribulationis  
 s eius non elongabuntur. Miserebitur  
 enim dñs iacob. et eliget adhuc de isrl. et  
 requiescere eos faciet super hu-  
 mum suam. Hoc ad tempus cyri  
 ptinet. cuius primo anno soluta est  
 captiuitas. quando misertus est eorū  
 dñs. et reducens eos de captiuitate  
 aelegit ex israhel illos. qui redie-  
 runt cum horobabel aliisq. ducibus.



A llegorice autem possumus referre  
hoc ad tempus incarnationis filii dñi quā  
do ipse misertus ē iacob. id illorū q̄ sub  
plantatores uitiorum fuerant. dimitten  
do eis peccata. et quando aelegit ex isra  
hel aptos atq̄ credentes quos requiesce  
re fecit super humum suam hoc ē in  
aecta. Adiuuentur aduenē ad eos  
sub qui decaptiuitate reuertentur. et  
adheribunt domui iacob. et tenebunt  
eos populi. sub non in seruitio. sed in  
affectu dilectionis. et maximi honoris.  
et adducunt eos idē ad uenas ad locū su  
um in israhel. Datur intellegi multos  
gentilium. iudaeos decaptiuitate re  
uertentes secutos esse et meorū ritum  
transisse. Et possidebit eos domus isrl̄  
sup̄ terram dñi in seruos et ancillas. et  
erunt capientes eos qui se coeperant  
et subicient exactores suos. Sed si ppria  
uoluntate uenerunt. sic supra dictum  
ē. quomodo possederunt illos in seruos  
et ancillas. Dupliciter potē solui. Vel q̄  
ipsi ppria uoluntate supposuerunt se  
dicioni et dominio illorū. ut q̄ tanta dig  
nitatis fuer̄ p̄ quā decaptiuitate redier̄.  
ut de diuersis gentib. multos seruos et ancillā  
merent. Qd̄ uero sequit̄. et erunt capientes  
eos qui se coeperant. et subicient sibi ex  
actores suos siue tributarios. ad tempus

assuueri et holofernis ē referendum. Et  
erit indie illa. cum requiem tibi dederit  
dñs. a labore tuo. et a concussione tua idē  
a uolentia qua ductus es in captiuitatem  
et a seruitute dura qua ante seruisti. sub  
chaldeis. idē cū soluta fuerit ex toto cap  
tiuitas. sumes parabolā siue puerbium.  
contra regē babilonis nabuchodonosor  
et dices Sermo dirigit̄ ad populum isra  
helicum. et indicatur ei qd̄ dicere debe  
at contra regem babilonis. admirando  
qm̄ dominus uictorq̄ terrarum. et tribu  
tis cuncta depopulans contritus sit. et  
ad nihilum redactus. Et sciendum quia  
ista quae secuntur. tā ad nabuchodonosor  
quā ad diabolū ex p̄sona electorū indie  
iudicii referri possunt. Quomodo cessauit  
exactor sub tributū. ut poenarū nabucho  
donosor ut diabolus. qui euit tributum <sup>subaud</sup>  
qd̄ ante soluebatur. Exactor ē. qui exigit  
a populis tributum. Et diabolus exactor  
est. quia cogit nos seruire. et exigit serui  
tium peccatorum. Quia ergo non potentia  
hominis sed dñi. qui euit tributum int̄  
fecto exactore. manifestat sequentib. S  
uerbis p̄pheta ex p̄sona populi  
israhelici. uel a electorum. loquens;  
Contriuuit dñs baculum impiorum  
et uirgam dominantium. cecidentem  
populos plaga insanabili. idē mor



te inreuocabili. subicientem in furore gen-  
tes. psequente crudeliter. sub om̄s populos.  
Nabuchodonosor ut diabolū appellat  
baculum impiorum. et uirgam poten-  
tium quia sicut p̄ illum flagellabant im-  
pii adō. ita p̄ diabolū flagellant illi.  
qui in poenis inferni sunt. ut dum co-  
git eos in hoc seculo peccare. flagellat illos  
suis suggestionibus et delectationibus  
s prauis. Conquieuit a labore omnis ter-  
ra. et siluit a fletu et clamoribus. Post-  
quam ille contritus est. gauisa est de  
morte eius et exultauit. Ad ruinā qui-  
dem eius consiluit omnis terra id est  
uocem tantum laetitiae depmpsit. A-  
bietes quoq̄ lactate sunt sup̄ te et cae-  
dri libani. Per abietes et caedros liba-  
ni. possum̄ intelligere principes di-  
uersarum gentiū. qui a nabuchodono-  
sor. uel qđ melius ē filios principum  
quorū patres succisi sunt a nabucho-  
donosor. qui de morte eius ualde laeta-  
ti sunt dicentes. Ex quo dormisti. id ex  
quo mortuus es. n̄ ascendit qui succi-  
dat. id̄ qui interficiat nos. sicut occidis-  
ti patres nostros. Infernus subter con-  
turbatus ē in occursum aduentus tui.  
suscitauit tibi gigantes. Hinc discim̄  
infernum sub terra esse. Infernum  
autē hic debemus intelligere habitatores

inferni. Vel infernū dicit angelum. qui p̄-  
positus est poenis inferni. Gigantes appel-  
lat terrenos et fortes principes. Haec au-  
tem ita dicuntur. n̄ qđ facta sint. sed qđ fie-  
ri potuerint. Om̄s principes terrae surrex-  
erunt de solis suis. Om̄s principes natio-  
num. uniuersi respondebunt et dicent  
tibi. Anime principum. quos ipse int̄-  
fecerat. in sultantes ei occurrerunt. ut  
quem prius honorabant p̄ potentia sua  
postea mirarentur in poenis. Solatium  
enim malorum ē. cū inimicos suos ui-  
dent eā sustinere. Et tu uulneratus es sic̄  
et nos. n̄ri similis effectus es. Ac si dice-  
rent alis uerbis. Putabamus te solū po-  
tentiae dī posse resistere. sed ut rebus of-  
tenditur. et tu uulneratus es sicut et nos.  
n̄ri similis effectus es. id est mortalis et in  
infernum p̄iectus. Qua p̄pter minus do-  
lemus nos fuisse succisos. cū et tu eadem  
securi corrueris. Detracta ē ad inferos su-  
perbia tua. cecidit cadauer tuū. sub ī morte.  
Subter te sternerit tinea. sub q̄ p̄us sup̄  
pectora aliq̄ regum recūbebas. Et opim̄  
tū tuū er̄ uermes. q̄ p̄ri op̄iebaris pallis.  
auro gemisq̄ redumtis. Et tinea et uermes.  
magnitudo tribulationum infernaliū  
ex primitur. uel materia suppliciorum  
quae ex propriis nascitur corporibus  
Sicut uermes nascuntur ex cadauere.



quam diu aliquis humor in eo est. Quo  
modo cecidisti lucifer. qui mane orieba  
ris corruisti in terram. qui uulnerabas  
gentes. Quantum ad litteram pertinet.  
luciferum in hoc loco appellat nabucho  
donosor. qui cecidit de folio potentiae  
propter superbiam; Sicut enim lucifer  
tenebras discutens. in suo ortu clarus in  
cedit et rutilus. sic et tuus progressus in  
publicum. ad superiora similiter uide  
batur. Qui dicebas in corde tuo. in cae  
lum conscendam. super astra dei exaltabo so  
luum meum. sedebo in monte testamen  
ti. in lateribus aquilonis. Ascendam su  
per altitudinem nubium. similis ero  
altissimo. Sic loquebatur nabuchodo  
nosor in corde suo. eleuatus superbia putans  
se suis uiribus. tantam potentiam adquisisse. Cum  
omnis terra in subiecta sit. quod mihi aliud restat.  
nisi ut in caelum ascendam & sim similis altissimo  
ut caelum et astra. uocat iudaeos. dei caeli cogni  
tione fulgentes. Monte testamenti. monte  
hunc non appellat. quia in latere aquilonari habet templum  
in quo testamentum erat dei quod datum est per moysen;  
Altitudinem nubium uocat patriarchas et  
prophetas. de quibus dicit alibi idem propheta  
isaia ex persona dei. Mandabo inquit  
nubibus. ne pluant super eos imbrem. Sic de  
nique dicebat nabuchodonosor in corde suo  
& in super uerbis antequam caperet iudaeos;

Quid mihi aliud restat. nisi ut ascenda super iu  
daeos. dei caeli cognitionem habentes. Vbi sunt  
prophetae uenturae praedicentes. et templum mag  
nificum. Possumus et ista referre allegorice  
ad diabolum. qui mane idem in exordio mundi  
ortus ut eleuatus est inter caeteros angelos.  
sed cecidit de caelo. iuxta quod dominus dicit. Vi  
debam satanam sicut fulgur cadentem de caelo.  
qui antequam corrueret dicebat talia cogitando  
ut postquam corruit. Si ante quam corrueret  
ista dicebat. cum esset in firmamento. cupiebat  
in caelum ascendere. ubi solium domini est. Si post  
quam corruit. uerba arrogantiae sunt sicut  
et illa. Et gloriatur ascendere se super angelos in  
caelum. et super nubes. ut super corda electorum.  
et sedere in monte testamenti. idem in aeterna. et  
in lateribus aquilonis. idem in frigidis montibus  
ubi ipse habitat. Verum tamen ad infernum de  
traheris. in profundum lacus. Nabuchodonosor  
ut diabolus. qui pro superbia dixerat.  
in caelum conscendam. ero similis altissimo. non  
solum ad infernum corruit de folio gloriae. sed ad ultra  
mas partes inferni lapsus est. Quanto enim  
altior gradus. tanto profundior casus. Qui te  
uiderint sub inultis partibus inferni positum.  
ad te inclinabunt. teque prospicient. sub dicen  
tes. Numquid iste est uir nabuchodonosor.  
qui conturbauit terram. qui concus  
sit regna. qui posuit orbem desertum.  
et urbes eius destruxit. Haec uox



insultantum ē. regum et principum  
atque mutantū. quomodo uastator om  
nium. ut ipse uastatus sit. Qualia enim  
fecit. talia recepit. et adhuc ampliora

Quodq; sequitur. Vincis eius. idē uinctis  
orbis. non aperuit carcerem. magnitu  
do crudelitatis et impietatis eius exprimit  
qui captiuos n̄ solum grauabat catenis.  
s; etiam tenebris includebat. et n̄ solū alius  
non aperuit carcerē s; neq; filio suo euilme  
radac. Om̄s reges gentiū uniuersi dormier  
ingta. uir in domo sua. idē sepulchro suo.  
tu autē pietus es de sepulchro tuo. quasi stirps  
inutilis. pollutus et obuolutus. cum his qui  
interfecti sunt gladio. sub tuo. et descende  
r̄ ad fundam̄ta lacus. quasi cadauer putridū  
non habens c̄sortium. neq; cum eis in sepul  
tura. Sensus huicemodi ē. Sepulsa omnibus.  
qui ate int̄fecti sunt materiali gladio. ut  
captiuitate. tu solus in sepultus iacebis.

Aliter. Et si om̄s anime que apud in fe  
ros sunt. aliquam requiem <sup>in tenebris</sup> quan  
doq; acceperint. tu solus in extremis re  
ligat. **S**eris, Omnium enim  
operieris sanguine; et uniūsorum te cru  
or p̄met. uelut in uolutū fame mortuorū.

In hoc uero qđ dicitur pietus es de sepulchro tuo  
quasi Stirps inutilis; uidetur uera eē  
proxima fabula iudaeorum. Nam  
dicunt. quod post quam

nabuchodonosor in suum est statum re  
gressus. euilmeradae filiū suū qui sep  
tem annis illis regnauit p̄ eo. quib; int̄  
bestias commoratus ē. retrusit in carcerē  
ubi fuit diebus <sup>uere</sup> patris sui. cum ioachim re  
ge iuda captiuo. Patre mortuo. cum n̄  
esset ausus suscipere regnū. timens pa  
trē suum resurgere et dicens. Pat̄ meus  
d̄s est. quando uult moritur. quando  
uult resurgit. Inuit consiliū. cū ioachim  
et coadunatis trecentis auib; dediuer  
sis puincis. patris corpus effodit unco  
et funib; minutatimq; discerpens illis li  
gaut dicens. Cū he simul aues quandoq;  
conuenerint. resuscitabit̄ pater m̄s. Qđ  
dicit quasi stirps inutilis. stirps pprie  
ē qđ in radicib; arborum nascitur iuxta  
stipitem. ideoq; dicit̄ inutilis. quia uirtu  
tē aufert arbori poma ferenti. Tu enī tram  
p̄didisti. tu populū occidisti. illō qđ d̄s i cor  
rectionē dederat. tu p̄didisti īficiendo eos.

Aliter: P̄t̄ supbiā tuam destructum ē reg  
nū chaldeorū. qđ adhuc mansisset. si  
humilit̄ egisses. Vel ita. Tā crudelis fuisti  
ut non solum externos. sed etiā tibi sub  
iectos populos et similes inique afflige  
res et opprimeres. Non uocabit̄ in ae  
ternū semen pessimorū. id̄ semen nabu  
chodonosor filiq; ei. Hic om̄s c̄cordare  
uident̄ h̄stone. qđ occiso baldasar nullus p̄ea



de semine nabuchodonosor regnauit. si  
pp̄t̄ supbia impietateq̄ patris. om̄s so  
boles deleta ē. **P**reparate filios eius occi  
sioni. iniquitate patrū eorū. idē pp̄t̄ in  
siquitate patrū. Non ē surgent sub filii  
s in regnum. nec hereditabunt t̄ram. id  
s regnū paternum. neq̄ implebunt fa  
s ciem orbis ciuitatum. Et c̄surgā super eos.  
s id sup filios nabuchodonosor p̄ dariū  
et cyrū. et p̄ dā babilonis nom̄. sub. ut  
non amplius uocetur domina regnorū  
s et reliquias et germ̄. siue filios eius et p̄  
s genie sub p̄ dā. ait dñs. Et ponā eā in  
s possessionē herici. in paludes aquarū  
P hericum debemus intellegere om̄s bes  
s tias. et uolucres et serpentes. q̄ ibidē sunt.  
s D eniq̄ sic ipletū cernit̄ hodie. sic app̄ha  
s p̄ dictū ē. q̄ n̄ ē in ea. nisi uenatio regia.  
s exceptis muris coccalibus. q̄ pp̄t̄ bestias  
s ibidē includendas. p̄ annos plurimos  
s restaurantur. Et scopabo eā i scopaterens.  
s diē d̄s exercitūū. siue miliciarū. Sic tracta  
s scopa. nil sordidū remanē inquit. nullus ho  
s minū relinquet̄ ex ea. Iurauit dñs exercitūū  
s diē. Si n̄ ut putau. siue cogitau. ita erit.  
s et q̄ modo mente tractau. sic eueniet. ut con  
s terā assiriū i t̄ra mea. et i montib. meis c̄culcē  
s eū. Haec enī de babilone et regib. eius atq̄  
s populis. nunc reuertit̄ ad sennacherib. et  
s ad ea q̄ tunc temporis imminebant sup

assirios. qui samariam iudeaq̄ uastauer̄  
excepto hierusalē. Et q̄ i supbia contra  
dñm sunt eleuati. una nocte centū octo  
ginta x. milia. de exercitu illoꝝ. ab ange  
lo dñi sunt int̄fecta. In t̄ra iuda et in mon  
tib. ei. sic dñs p̄dixerat. **Q**d uero dicit.  
iurauit dñs <sup>de exercitūū</sup> dicens. Si n̄ ut mente tracta  
ui sic ueniet. Sermo enim om̄ipotentis  
d̄i pp̄t̄ imobile. firmitatē p̄ iuram̄to acci  
pi debet. q̄ n̄ potest m̄tari qui est ueri  
tas. neq̄ enī habet se maiore p̄ que iuret.  
Et auferet iugū siue potentia assiriōꝝ. ab eis.  
id ab hierosolimitis q̄ obsidebant̄. et onus  
illi id pondus afflictionis ab humero eorū  
tollet̄. Hoc ē silū qd cogitau sup omnem  
t̄rā et haec ē manus siue potentia extenta  
sup uniuersas gentes. Vox d̄i om̄ipotentis ē  
tra t̄rā assiriōꝝ specialit̄ ut generalit̄. con  
tra om̄ē orbē. q̄ subiectus ē potestati sen  
nacherib. ut diaboli. et eorū uoluntati ob  
temperat. De quo c̄ silio dicit̄. De hoc qd su  
perius dixit. Si n̄ ut putau ita erit. ut c̄terā  
assiriū i t̄ra mea. Dñs d̄s exercitūū decreuit.  
id statuit. et quis poterit infirmare sub de  
cretū illi. ut n̄ c̄terat assiriū. Et manus eius  
extenta. id ad p̄cutiendū potentia eius por  
recta. Et quis auertet eā. Nullus auertet  
illā a p̄cutiendo. Extensio etenī manus habi  
tū p̄cutientis ostendit. In anno q̄ mortuus ē  
rex achāb. factū ē onus istud. A principio.



libri usq; ad hunc locū. sub tēporib; triū  
 regū. ohiē. ioathan. achāh. ea que ī medio  
 continent. appheta nunciata sunt. Hinc  
 uero usq; ad finē libri sub ēhechia p̄dicta  
 s ex parte c̄pleta sunt. Ne laeteris philistea  
 s omnis tu. qm̄ ē minuta ē uirga p̄cussoris  
 tui. Naturale ē ut beat hieronim̄ dic̄. ut mor  
 tuo rege. inimici aliarū gentiū laetent. & reb;  
 nouis bellaciuiia et seditionē expectantes.  
 Mortuo siq; dē achāh impuissimo rege. iam lon  
 geuo. q̄ philisteos siue palestinos fortiter  
 affllexerat. laetati s̄ illi sup̄ mortē ei' insul  
 tantes israheliticis. qd̄ maturo rege p̄dito.  
 ēhechie iuueni filio ipsi subiacerent. sub  
 cui potestate putabant se posse inuadere.  
 s fines israhelitarū; De radice enī colubri.  
 s egrediet̄ regulus. et semē ei' idē reguli. ab  
 sorbens uolucrem; Virgā siue baculum  
 p̄cussoris et colubrū appellat achāh qui  
 eos ualde p̄cussit et momordit. sed penit̄  
 n̄ ob sorbuit. Regulum autē appellat  
 ēhechia. q̄ regulus rex serpentū dicitur.  
 que greci basiliscū uocant. qui hanc dicit̄  
 habere uirtutē. ut aues supra se uolantes.  
 n̄ solū flatu. sed etiā c̄spectu int̄ficiat. Al  
 loquit̄ ergo p̄pheta palestinos. ne insultent  
 israheli p̄pt̄ mortē achāh. inquit. Ne  
 inquit laeteris ophilistea omnis tu. super  
 mortem achāh. maturae aetatis. qm̄ ē  
 fracta ē uirga percussoris tui. achāh. qui

te p̄cutere solebat. quia de radice colubri  
 idē de semine achāh egrediet̄ regulus rex ser  
 pentū. ēhechias uidelicet et semen ei' idest  
 colubri ab sorbens uolucrē. Quomodo inquit  
 nulla auis aspectū reguli potē inlesa tran  
 sire. sed quā uis p̄cul fuerit. eius ore sorbet̄.  
 ita et tu ac̄spectu ēhechia totus peribis.  
 Plus enī om̄ib; regib; isrl̄. ēhechias afflixit  
 philisteos. Et pascēt̄ p̄mogeniti pauperū  
 idē israhelitic̄. et pauperes fiducialit̄ requi  
 escēt. Isti s̄ primogeniti. de quib; dicit  
 dñs per aliū p̄phetam. Filius p̄mogenitus  
 m̄s israhel et dimitte filiu meū p̄mogenitū.  
 Pauperes autē appellant̄. q̄a neq; diuitis.  
 neq; in potentia. s; in dō habebant fiduciam.  
 De talib; pauperib; ait dñs. Beati pauperes  
 spū. O philistea cū te ob sorbuerit regulus.  
 idē cū te poenit̄ deleuerit ēhechias. nequa  
 quam insidiaberis paup̄culo populo meo.  
 sed p̄ssa angustis. calamitatē tuā flebis. Et  
 interire faciam infame radicē tuā. idē  
 fortitudinē ut p̄geniē tuam. et reliquias  
 tuas. sub quae ab ēhechia fuerint derelictae.  
 interficiam passyrios et chaldeos. Ulula  
 porta. clama ciuitas. p̄strata ē philistea  
 omnis. Quomodo potest̄ porta ulu  
 lare. ut porta clamare. Portam po  
 suit pro his qui in porta sunt. et ciuita  
 tem pro habitatoribus ciuitatis. Dirigit  
 ergo p̄pheta sermonem ad urbes philis



tinorum. ut lugeant et deplorent miseriam  
suam. quae uenit eis per sennacherib. quia  
pstrata ē iā omnis philistea p gladium  
assyrriorum. Ab aquilone enim fumus  
ueniet. et nē qui effugiat agmen eius.  
Fumum appellat in hoc loco multitudinē  
exercituum sennacherib. uel famam no  
minis eius. qđ om̄s gentes esset uastaturus.  
quae fama ab aquilonari parte hieru  
salem uenit. Ac si diceret ppheta aliis  
uerbis. Idcirco inquit p̄cipio uobis ophi  
listei ululare. quia ab aquilone p̄uideo  
iam uenire exercitum sennacherib. et  
rumorem eius qđ uos sit capturus. et n̄  
sit aliquis de multis gentibus qui effugere  
possit multitudinē illius sua uirtute. Et qđ  
respondebit nuntius id̄ angelis gentis.  
Quia dñs fundauit syon. et in ipso sperabunt  
pauperes populi. In hoc qđ dix̄. nullus qui  
effugiat agmen eius. iudas quoq; uideba  
tur in generali sententia eē comprehen  
sus. Ideoq; subdidit. Si inquit interpel  
lauerint anḡtū qui presunt assyriis. qua  
re sola hierusalem de manu sennacherib.  
saluetur. Respondendū eis. quia dñs fun  
dauit syon. et ipse humilē populū suum  
in se sperantē sua uirtute liberauit.  
Vel sic potest simpliciter intelligi. quo  
modo illud in hieremia. quando posu  
it ipse ppheta catenas ligneas super col

la eorum qui ad se fuerant missi. Dicit ergo  
ppheta ad dñm Qđ respondebit nuntius di  
uersarum gentiū. cū uenerint ad interogan  
dum sup aduentu sennacherib. Cui dñs Res  
pondendū est illis qđ sint capiendi. et sola  
hierlm que n̄ in homine si in dō spem suā  
posuit. sit liberanda. **OM̄S MOAB**. Quia  
moabite gausi sunt de captiuitate israhe  
litarum. sicut et philistim idcirco sp̄s p̄  
esaiam ppheta p̄dic̄ eis pondus miseriarū  
quod passuri erant. Moab autē filius fuit  
loth conceptus de incestu. A quo uocati sunt  
om̄s de p̄gme illius moabite. et puincia il  
lorum moab. et istud unū nomen  
accipitur pro omni illius gentis populo.  
Sed et hoc sciendum. quia primum ab assy  
riis. deinde achaldeis sunt uastata. Quia  
nocte uastata est ar. moab contacuit.  
siue siluit. nihil ausa rebellare cōtra assyrios  
uel chaldeos. quia nocte uastatus est  
murus ar ciuitatis. moab contacuit. Ar  
ciuitas fuit metropolis moabitarum  
et regia. que hodie ex hebreo et greco ser  
mone composita. areopolis nuncupatur  
non quod arios id est maris sit ciuitas. si  
cut quidam autumauerunt. Bene in noc  
te uastata est ar. quia moab de incestu filie  
nocte conceptus est. uel etiam nox  
significat nubilum meroris. Vastata ergo  
ciuitate regia ar. et destructis muris eius.



Moab prouincia arabiae cuncta in qua aedi-  
ficata est ipsa ciuitas. Ascendit domus sub regia  
& dibon quae est ciuitas nobilis ad excelsa sub  
idolorum suorum in planctu. id est ad plangen-  
dum. Quae sub excelsa habebant in montibus. In  
tectisque suis. Quidam male legunt. ascendit  
domus edibon. quasi edibon proprium nomen  
hominis sit. et domus eius ascendere dica-  
tur. Ita enim legendum et intellegendum est. As-  
cendit domus siue familia regia ad excelsa  
idolorum suorum. et dibon. id est habitatorum  
dibon. ad excelsa ascendet. non ad sacrifican-  
dum et ad flendum mala sua. Super nab. et super  
medabo. moab ululabit. Nomina ciuita-  
tum nobilium. super quorum subuersione ululabit  
uniuersa prouincia moab. In cunctis capitibus eius  
caluicium. omnis barba radetur. Consue-  
tudinem antiquam tangit. quod tempore afflictionis  
et luctus capita barbasque radebant. Sic le-  
gimus de beato iob. quod tonso capite  
corruit in terram. In triuis eius accincti sunt  
sacco. super tecta eius et in plateis eius omnis  
ululabit. Descendet in fletum. Hunc uersu-  
culum dupliciter exponunt. et distinguunt  
doctores ita. quidam. In triuis id est in publicis  
locis accincti sunt sacco. quod est uestimentum lu-  
gubre. super tecta eius et in plateis eius. om-  
nis subauditur moab ululabit. De tecto  
autem. siue de excelsis locis. ut  
de laetitia. descendet ad terram in fletum.

33  
hoc est ad flendum. Et est sensus. Ascen-  
det quidam ad excelsa. ut ploret ante  
idola sua. et cum ibi nullum auxilium rep-  
perit. descendet ad domum suam uel  
ad terram in fletum. Quidam etiam hoc  
modo distinguunt. omnis ululatus mo-  
ab. descendet siue pueniet ad fletum.  
Non plorabunt ergo alii ex moab. et alii  
gaudebunt. sed generalis multitudo  
plorabit. incedendo per plateas et per triuia  
que diuinarum pluralitate dicuntur.  
Clamabit esebon et eleale. quae sunt  
ciuitates potentissime prouinciae moab.  
usque iasa sub ciuitate. audita est uox eorum.  
id est uox moabitarum. Hoc ergo indicat.  
quod ab initio regni est sita ciuitas esebon. usque ad  
extremum finem eius. in quibus consistit iasa. alia ciui-  
tas. clamore tristitiae et captiuitatis. om-  
nes resonabant habitatores. Super hoc  
sub muro ciuitatis. expediti moab ulu-  
labunt. anima eius ululabit sibi. hoc  
est unusquisque moabita ululabit sibi pro  
se. Expeditos appellat propheta fortis-  
simos plures. qui alieni adhuc sunt  
ab uxoribus. Sic dicit in genesi. quod elegerit  
abraham expeditos uernaculos do-  
mus suae. id est qui sine uxoribus erant.  
Et est sensus. Non solum illi plo-  
rabunt atque ululabunt. qui pro-  
uectae sunt aetatis. et coniugati



filios habentes. sed in sup illi qui defende  
re alios debebant. & non habent quos plan  
gant nisi se ipsos. Cor meum ad moab ulu  
labit. Compassione se dicit habere pphe  
ta. sup miseros moab. quia licet hostes ex  
essent. tamen creatura di erant. Tantis  
enim calamitatib. opprimebant. ut etia  
inimicis miserabiles fierent. Et notandu  
quia similiter hieremias dicit se compati  
miseris moab. P pterea inquit cor meū  
ad moab. quasi tibia resonabit. Uectes eis  
usq. ad segor utulam conternantē. Se  
gor una ē ex quinque ciuitatib. sodoma  
uidelicet. gomorra. adama. seboin. quae  
p pter loth tunc temporis a subuersione  
liberata ē. appellatq. utula. p ppter immu  
diciam luxuriae. Qd uero dicit conternan  
tem. quidā codices habent. consternan  
tem. sed falso scriptū ē. Tradunt hebrei  
qd bis sustinens terrae motū. tertio iam  
corrui. Et hoc ē qd dicit. usq. ad segor ui  
tulam cternantē. idē tertio terrae motu  
corruentē. ut cternantē dicit robustam  
quia solent animalia tertio anno robustissi  
ma esse. sic homo trigesimo. Potest enim  
intelligi. quia mansisset robustissima. si  
deinceps non peccaret. postquam p ppter  
loth liberata ē. Per uectes quoq. termi  
nos et fortitudinē debemus intellegere.  
Et est sensus. Uectes siue termini moab

deserti erunt. usq. ad segor ciuitatem in  
finibus eius positam amisso et perditō  
omni robore. Per ascensum enī luth  
flens ascendet sub moab in captiuita  
tem. et in uia oronaim clamorē con  
tritionis siue captiuitatis leuabunt mo  
abite. Luth cliuus ē itinere per gen  
tib. assirios. Oronaim ciuitas ē moab  
contra assirios. Dū enim ducebant mo  
abite captiui in assirios. per cliuum lu  
ith. et p ciuitatē suā oronaim. flendo  
incedebant. et clamorē luctus leuabant.  
A que enī mentem deserere erunt. quia a  
ruit herba. defecit germen. uiror omis  
interit. Memri oppidū ē supra mare.  
multos fontes habens. & aquas. sed salios  
& amaros. ideoq. steriles. Et arefcet omis  
herba. et interibit omis uiror arborum  
uinearumq. Scdm magnitudinē operis.  
et uisitatio eorum. Uisitatio hic ī malā par  
tē accipit. sic et in psalmo Uisitabo inquit  
ī uirga iūqtates eorū. Et uisitatio ī bonam  
partem. ut hacharias pater iohannis  
dicit. Uisitauit nos oriens ex alto. Est  
autē sensus huiusmodi. Sic iuxta mag  
nitudinē morbi uisitat medicus aegrotū.  
ita moab. scdm quantitatem peccati re  
cipiet uindictam. Ad torrentē salicum  
deducet eos. id est moabitas. quoniam  
circuit clamor terminum moab. Hactē



nus locutus est de captiuitate quae uenit  
moabit per assyrios. nunc de illa qua  
facta est per chaldeos. Torrente salicum  
babyloniae debemus accipere flumina.  
de quibus psalmista dicit. In salicibus in  
medio eius. Et cetera. Usque ad gallim opidum  
ululatus eius. et usque ad puteum helim.  
clamor eius. id est clamor moab. a principio  
usque ad finem regni. quia aquae dibon  
ciuitatis replete sunt sanguine occisorum  
moab. Ac si diceret aliis uerbis. Ideo  
ululabit moab. quia ubi prius erat lux  
uria. et omnis delectatio propter irriguos  
agros et fontes iugiter emanantes. ibi pre  
multitudine intersectorum. riuus sangui  
nis fluent. Ponam enim super dibon addita  
mentum. ponam. hoc est leonem. Et quibus  
illud imponatur. his uidelicet qui fuge  
rint de moab. et reliquis terrae qui re  
manserint. Ponam inquit super dibon. id  
est super habitatores eius. additamentum afflictionis.  
ut qui occisi non fuerint fame et pestilentia. et uo  
luerint fugere. his superueniat leo. hoc est  
persecutores hostium. ut bestiae feroces. qui eos  
deuorent. et non solum his qui fugerint. si etiam  
reliquis terrae qui remanserint immittere per  
secutores chaldeos. ut reuera feroces leones. Emitte  
agnum domini. dominatorem terrae. de petra  
deserti ad montem filiae syon. Idcirco  
prophetae difficile est ad intellegendum. quia subito

mutant personas et tempora. et dum de una re lo  
cunt. subito transeunt in aliam. Dum enim lo  
queretur propheta esaias de captiuitate et mi  
seris. moab. subito in medio sermone terendit  
oculum in montem ad christi natiuitatem. et coepit alloqui  
moab. et promittere bona inquit. O moab non  
desperes de salute. si age poenitentiam quia licet  
captiuandus sis ab assiris uel chaldeis. tamen  
de tua progenie nascetur agnus. qui tollat pec  
cata mundi. et qui dominetur in toto mundo.  
X pater enim dominator totius mundi. iuxta quod  
et dominus pater dixit. Postula a me. et dabo tibi gen  
tes hereditatem tuam. Et ipse post resurrectionem  
suam. data est inquit in omnis potestas  
in caelo et in terra. Unde est ergo emissus iste  
agnus. De petra deserti. hoc est de ruth moabiti  
de. qui morte uiri uiduata. nupsit booz. qui  
genuit obed. Obed genuit iesse. patrem dauid  
regis. de cuius progenie processit inemerata  
uirgo maria. qui genuit christum opere spiritus  
sancti in pregnata. non semine uirili gauida.  
Ruth uero moabitis. petra deserti appellatur.  
quia gentilitas ex qua ipsa erat. lapides pro do  
lebant. et duricordis erant. Ideoque deserti  
et derelicti a creatore. Quo ergo est emis  
sus ille agnus ad montem filiae syon. id  
est ad hierosolimam ubi predicauit. miracula fecit.  
ubi genus humanum redemit. ut quod melius  
adaecclesiam est missus. qui in speculo mentis. et  
altitudine uirtutum consistit. Quisquis igitur



quaerit. quae causa extiterit. quare boohac  
ceperit ruth moabitē in uxore. legat li  
brum ruth. ibiq; plenissime inueniet. Tam  
hoc sciendū ē diuinit̄ pcuratū ē. ut sic xp̄e  
iudeos et gentiles redimere ueniebat. in qui  
bus cōphendunt om̄a genera hominū. ita  
et iā ab utroq; populo scdm carnē originē  
traheret. Et erunt sic auis fugiens. et pulli  
denido auolantes. sic er̄ filie moab intrans  
censu arnon. Vides quomodo de unare  
transit ad alia. Reuertit̄ iterū ad captiuitatē  
moab. sic inquit auis fugit ante accipitrē.  
et sic pulli denido citissime auolant. sic cito  
transmigrabūt filie moab. de t̄ra sua. intrans  
censu arnon. P̄ filias debemus intellegere  
ciuitates et urbes. ut reuera p̄ filias uiros  
& mulieres. Arnon ciuitas ē terminus  
moabitarū et amorreorū. Transcensu au  
diē p̄ p̄t captiuitatē sic er̄ intranscensu ar  
non. id̄ sic transibunt in captiuitatē p̄ arnon  
I ni ciliū. o moab. id̄ intra in ciliū  
Coge concilium. hoc ē collige ciliū tuum  
et cōsidera quomodo euadere possis capti  
uitatē. Pone quasi noctē umbrā tuā in  
meridie. Absconde fugientes. et uagos ne  
p̄ das. habitabūt apud te p̄ fugi mei. Moab  
esto latibulū eorū a facie uastatoris. No  
tandum quia ante uastata ē hierusalē  
ab assyris et postea a chaldeis. quā mo  
ab. ideoq; p̄cipitur ei. ut fugientes ad se

de populo dī suscipiat. et abscondat. Po  
ne quasi noctē umbrā tuā in meridie.  
id̄ p̄ be populo meo fugienti ab assyriū  
ut chaldeis defensionē tuā. ut eos abscon  
das a facie p̄sequentū. et in meridie istud  
adimple. id̄ in apta captiuitate et p̄secu  
tione. Absconde fugientes isrl̄itas. et ua  
gos de loco ad locum fugitantes ne p̄ das  
ut ne tradas hostib. suis. Vastata enī hie  
rusalem q̄ cōfinis ē tibi. apud te habita  
bunt p̄ fugi mei. Ideoq; p̄cipio tibi o mo  
ab. ut sis latibulū eorū a facie assyriū  
ut chaldeorū. Finis ē enī puluis. con  
sumatus ē miser. defecit qui cōculcabat  
t̄ram. Subito transit p̄pheta ad int̄fec  
tionē sennacherib. qui puluis appellat̄  
et miser. q̄a om̄is gl̄a et dominatio ei cito  
transit. quasi puluis raptus a uento. et mi  
serabilit̄ transit ab hac luce. int̄fectus a  
filis suis. in p̄sentia dei sui. Finis ē pul  
uis sennacherib. cōsumatus ē. siue int̄fectus.  
I p̄ se miser defecit qui conculcabat t̄ram.  
uastando illā. et int̄ficiendo habitato  
res eius. Et p̄parabit̄ in misericōdia solū.  
et sedebit sup̄ illud in ueritate. in taber  
naculo dauid iudicans et querens iudi  
cium. et uelociter reddens qd̄ iustus ē.  
Licet iudei referant ista ad ehechia qui  
post mortē sennacherib in pace reg  
nauit. melius de xp̄o intelleguntur.



et pertinent quaedam ex his ad primū ad  
 uentum. quaedam ad secundū. Hoc enim  
 quod dicitur. preparabit in misericordia patris so  
 lium. id est regnū christi. et sedebit super illud  
 in tabernaculo dauid hoc est in ecclesia.  
 Ad primū eius aduentū est referendū. et  
 ad tempus sextae aetatis. in qua modo  
 sumus. Magna siquidem misericordia dei patri  
 fuit. ut unigenitū filiū suū pro nostra salu  
 te ad nos redimendos mitteret. qui se  
 det modo in solio. siue in tabernaculo dei.  
 hoc est in ecclesia. requiescent. et regnant in  
 cordibus. fidelium pro fide et dilectione. Hoc uero  
 quod sequitur iudicans id est discernens et quærens  
 iudiciū. et uelociter reddens quod iustum est.  
 Proprie ad diē iudicii pertinet. quando ipse  
 discernet inter electos et reprobos. reddens sin  
 gulis quod iustum est. malis mala. bonis bona. Et  
 hoc uelociter faciet. dicens electis. Venite be  
 nedicti patris mei. Et reprobis. Discedite a me  
 maledicti. Audiuimus superbiā moab. Super  
 bus est ualde. Superbia eius et arrogantia eius. et  
 indignatio eius. plusquam fortitudo eius. Idcir  
 co sub quia maior est superbia eius. et indignatio  
 contra deum. quam fortitudo illi. Ululabit  
 moab ad moab. cuius uidelicet ad ciues. fra  
 ter ad fratrem. uniuersus sub moab ululabit.  
 Reuertit iterum ad moab. propheta. His qui lac  
 rantur super muro cocti lateris. Loquimini  
 plagas suas. quoniam sub urbana esebon uasta

ta est. et uinea sabama sub deserta est. Et hoc quod  
 dicitur his moabitis qui confidunt in iunctionibus  
 murorum latericiorum. Loquimini plagas suas.  
 id est mortem et captiuitatem. et potentiam pristinae  
 felicitatis. ostendit et plagam repentine subuer  
 sionis. Suburbana dicuntur uici et uillule  
 adherentes ciuitatibus. Esbon autem ciuitas  
 fuit nobilissima abitarum. sic et sabama. quae  
 propter multitudinem populorum. uinea appellatur  
 suburbana inquit esebon deserte. sabam  
 habitatoribus suis. et non solum suburbane. sed etiam  
 ipsa ciuitas. Domini gentium. id est principes  
 assyriorum. et chaldeorum. qui multis gentibus  
 dominabantur. Exciderunt flagella eius. id est habi  
 tatores sabama occiderunt. usque ad iherusalem  
 ciuitatem peruenierunt ipsi domini gentium. Erra  
 uerunt in deserto. lustrantes uniuersam  
 terram moabitarem. Quia dixerat super sa  
 bama uineam esse seruauit metaphoram.  
 subiungens flagella. Similiter etiam  
 seruauit metaphoram dicens. Pro pagines  
 eius relictæ sunt. transierunt mare. Quis audiuit  
 unquam huic simile. ut pro pagines uinearum  
 transirent mare. Pro pagines intellegere est  
 fugiuos filios eius. qui transierunt mare. dum duce  
 rentur in captiuitatem derelicti a deo. Super hoc  
 plorabo in fletu iherusalem uineam sabama.  
 Vox prophetae plangentis magnitudinem uasti  
 tatis urbiū nobilium quondam moabitarem. Super  
 hoc inquit. id est super uastitatem urbiū moab. plo



rabo. & in fletu iā her plorabo etiā uinea sa  
bama. idē sic parit uas labunt. ita parit plora  
bunt. In ebriabo te lacrima mea o esebon.  
et eleale. idē ualde plorabo te. qm̄ sup uinde  
miā tuā. et sup messē tuā uox calcantiū irruit.  
C alcatores in hoc loco intellegunt chaldei  
& assiri p̄datores. q̄ uindemiā et messē  
om̄aq̄ bona illorū sibi diripiunt. et auferēt  
laetitia. et exultatio de carmelo. et uineis  
n̄ exultab. neq̄ iocundab. sub moab. sic prior  
uindemiator. Carmelus in om̄e fertilissimū  
it̄ phenice et palestina im̄mens p̄tholoma  
idē in quo helias orauit. Et ponit sepe in  
scriptura sacra. p̄ om̄imoda fertilitate. Auferēt  
iq̄t om̄is letitia de carmelo. idē om̄is fer  
tilitas sup qua letabant moabites. auferēt ab  
eis. Vinū in torculari n̄ calcabit. sub moabi  
ta. q̄ calcare c̄sueuerat. Vox calcantiū  
ab stuli. idē celeuma. qd̄ cantare c̄sueue  
rant tēpore uindemie. Sup hoc uent̄ m̄s  
ad moab. quasi cithara sonab. et uiscera mea  
ad murū cocti lateris. Vox p̄phete dolen  
tis sup c̄ritione moab. Sup hoc iq̄t idē p̄p̄  
destructionē moab. sic cithara sonat. sic so  
nab sensim̄ et intellect̄ ad moab plangendo  
et uiscera mea siue it̄iora cordis mei ad murū  
ar̄ ciuitatis. q̄ de cocti laterib. fuit aedificat.  
Et tēpore qd̄ apparuerit qd̄ laborauit  
moab sup excelsis suis. idē in montib. et  
tectis. ingredietur ad sc̄a sua. idē ad idola

quae putabat eē sc̄a. ut obsecret. et n̄ uale  
bit sub inuineis inuenire auxiliū. Maxima  
misera ē. nec in his quos sēp uenerata ē ha  
bere subsidiū. Ad uenientib. siquidē as  
sirus. atq̄ chaldeis. ascendit moab ad  
dola sua q̄ antea uenerabat. et quoq̄ p̄tec  
tione sperabat se defendi ab hostib. sed  
n̄ p̄fuit ei. quia insensibilia erant. Tunc  
apparuit. quia uanitatē colebant. Hoc  
uerbū qd̄ locut̄ ē dñs ad moab. idē t̄ra mo  
ab. extē sub ex quo creat̄ ē moab. et dñs  
ait. Moabite et amanite n̄ it̄abit̄ in eccl̄am  
meā. ut extē. idē ex antiquo tēpore. ex quo  
in p̄sentia sua ista destinauit. Et n̄c locut̄  
ē dñs dicens. In trib. annis quasi anni mer  
cennari auferēt̄ ḡta moab. sup om̄i popu  
lo multo. et relinquet̄ in eo. idē in moab.  
idē sic racemus paruus et modic̄. nequaquā  
mult̄. Sens̄ huiusmodi ē. Sic paucissimi rema  
nent racemi p̄ uindemiatorē. ita ex multitudine  
moab. pauci remanebūt uenientib. hostib.  
Qd̄ uero diē in trib. annis auferēt̄ ḡta moab.  
dupliciter potē intellegi. Diximus sup̄.  
q̄ p̄pheta ista c̄tra philisteos et moabitas.  
mortuo achāh coepit dirigi. et potē in  
tellegi qd̄ tertio anno p̄ mortē achāh. et ex  
quo p̄pheta ista dix̄. ab assiris moabite  
sint uastati. Et est sensus. Sicut mercen  
nari expectat solis occubitum. et diebus  
ac noctib. finē operis sui p̄stolatur. ut



sta<sup>tu</sup> tā mercede accipiat. sic p̄ tres annos  
 moab ab assyris delebit. Potē et de babi  
 lonica captiuitate itellegi qđ p̄ captam hie  
 rusale<sup>m</sup> tertio anno achaldeis uastanda sit.  
 ut qđ int̄ tres annos nulla ei danda sit requi  
 es. Onus damasci. Damascus ciuitas fuit  
 quondā metropolis syriae puincia. quā  
 ēdidit elieher seruus abrahae. Cui rex ia  
 sin. qui decē tribub. semp̄ p̄bebat auxi  
 liū. addebellandū iudam. idcirco sp̄s sc̄s  
 sup̄ esaiā p̄phetā mināt̄ ei captiuitatē des  
 tructionēq. sui. P̄ damascū ergo ciuitatē re  
 giā. debemus intellegere omē puinciam  
 syriae. q̄ similit̄ uastata ē. Int̄ptatur autē  
 damascus sanguinē fundens. siue sanguis  
 cilici. Quantū ad litterā p̄tinet. sanguinē  
 fundens recte potē appellari. q̄a iuxta fabu  
 lam hebreorū. ibi sanguisabel fusus ē ad am.  
 Quantū uero ad istos pertinet. sanguinem  
 fundens siue sanguis cilici interpretatur.  
 quia homicide erant. multūq. sanguinem  
 fundentes. et poenitentia debuerant agere.  
 quae designat̄ p̄ ciliciū. sed qm̄ hoc n̄ fecer̄.  
 incaptiuitatē et de p̄dationē migrauerunt.  
 C̄ccc damascus desinet ēē ciuitas. sub poten  
 tissima. et erit sicut aceruus lapidū in rui  
 na. sub. postquā euersa fuerit ab assyris.  
 Derelictē sub auditur ab hominibus cui  
 tates aruer. gregibus erunt sub auditur  
 in pascua. et requiescent ibi in ipsis pascuis

greges ouiu. et non erit qui exterreat.  
 Et ē sensus. Tanta erit ibi solitudo. ut nec  
 insidiator timendus sit. sed sine timore  
 greges pascuntur ibi. Aruer regio ē puin  
 ciae syriae. habens plurimas ciuitates. Int̄  
 p̄tat̄ autē aruer mirica. q̄ ē arbor in  
 fructuosa. et nascit̄ in desertis locis et sal  
 suginosus. Et ē sensus. Si ē mirica q̄ ē arbor  
 infructuosa nascitur in solitudine. ita in  
 solitudine et sine fructu er̄ uniuersi tyri.  
 et cessabit adiutoriū sub damasci ab effia.  
 et regnū ad amasco sub cessabit. quia ul  
 tra n̄ regnabit ut prius. et er̄ reliquie  
 syriae. sic gl̄a filiorū isrl̄ dic̄ dñs. Gl̄a  
 hic yronice p̄gnominia ponit̄. hoc ē  
 qualē gl̄am habebit isrl̄. talē habebunt  
 et syri. quia et illi incaptiuitatē ducent̄.  
 qui n̄ in dō sed in homine posuer̄ sp̄e suā  
 et isti qui eis p̄mittebant auxiliū. separa  
 uer̄ illos a timore dī. Et erit indie illa. sub  
 cū syria uastata fuerit ab assyris. et da  
 mascus desierit ēē ciuitas. attenuabit̄ gl̄a  
 iacob. Syria uidelicet et damascus. in q̄b.  
 gloriabat̄ et habebat fiducia. Et pingue  
 do carnis ei marcescet. hoc ē fortitudo  
 fiduciae. quā habebat in syris deficiet.  
 Quidā codices habent pingues carnes ei.  
 sed melius ut doctores tradunt pingue  
 do legitur perquam intellegitur refu  
 gum ac fortitudo quā x. trib. habe



bant in syris. et erit sic congregans in  
messe qd resistit. et brachiū eius spicas  
leget. et erit sic spicas querens in ualle ra  
faim. id in ualle gigantū. latissima et po  
tentissima. Et relinquet in eo sic racemus.  
et sic excussio oleæ duarū aut triū oliuæ  
in summate rami. siue quattuor aut quinque  
in cacuminib. eius fructus. Tres quidē dat  
comparationes. sed unus sensus ē. Sicut  
inquit rarissime remanent spicæ. post  
terga metentū. et sicut paucissimi rema  
nent racemi p̄ uindemiatores. et sic pau  
ce remanent oliuæ post excussione oleæ.  
ita paucissimi remanebunt in damasco.  
& in tota syria. uenientib. assyriis ac dein  
de chaldeis. Nam sub captiuitate assyria.  
pauci remanserū. qui tantū modo terram  
excolerent. et maxima pars in cyrenen  
translata ē. quae ē regio ultra aegyptū.  
Indie illa sub cū defecerit adiutoriū da  
masci a decē tribub. inclinabit homo  
ad factore suū. et oculi ei ad sem̄ isrl̄ res  
picient. et n̄ inclinabit ad altaria q̄ fecer̄ ma  
nus eius. et q̄ operati sunt digiti eius. Hoc  
dereliquis x. tribuū dicit. q̄ p̄q̄ maxima pars  
populi captiua tē in assyrios p̄t̄ idola q̄ colēb.  
unū in dan. alterū in bethel. ē hechiaē re  
gis litteris commonite conuersē sunt.  
ad cultum dī et ad templū dñi qd̄ erat  
hierosolimis uenerunt sic paralippome

non narrat liber. relinquentes idola  
q̄ fecerant manus eorū. et q̄ operati sunt  
digiti eorū. Et hoc ē qd̄ dicit. Cū deletam  
quit fuerit damascus ab assyriis. et syri  
i quib. fiducia suā. x. trib. posita habebant.  
tē homo q̄ relictus fuerit ex ipsis. x. tribub.  
inclinabit et cūerter̄ ad factore suū dñm om̄i po  
tente. et t̄ plus n̄ adorabit opera manuū suarū.  
Non respiciet lucos et delubra sub homo qui  
relictus fuerit ex decē tribub. Luca sunt lo  
ca nemorosa. et opaca. in quib. p̄t̄ amoe  
nitate collocabant idola sua. et omnē delec  
tationē uoluptatēq̄ ante illorū aras exerce  
bant. Delubra autē erant templa. quae dice  
bantur ut dictū ē ad eluendo. ut qd̄ ibi puta  
rent se delui et emundari a peccatis. per  
multitudine sacrificiorū. ut quia n̄ longe  
erant riuū. in quib. et ipsi sepe se deluebant  
hoc ē lauabant. et in quib. hostias sacrifici  
orū lauabant. Indie illa sub uenientib. assy  
riis. et uastantib. n̄ solum damascū. sed etiā  
x. tribuū er̄ ciuitates fortitudinis ei. id̄ ci  
uitates x. tribuū derelictē ab habitatorib.  
suis. sic aratra et segetes q̄ derelictē sunt a  
facie filiorū isrl̄. Hoc n̄ contra damascū lo  
quitur. sed contra x. trib. quae uocabantur  
isrl̄ et dicit. Quia sic uenientib. olim filiis  
israhel. amarrei relictis aratris fugerunt.  
ita quoq̄ ipse decem tribus. uenientib.  
assyriis fugient. aquorum facie quondā



fugerant alie gentes. Eteris deserta o plebs  
decem tribuum. quia oblita es di saluatoris  
qui te saluauit ex aegypto. et fortis adiutoris  
tui non es recordata. Ista inquit paueris  
o isrl. quia dereliquisti dm saluatorem  
tuum. qui te liberauit de aegypto. et qui  
tibi gentes ferocissimas. sua fortitudine sub  
iugauit. Ppterea plantabis plantatione  
fidelem. et germen alienu seminabis. vt  
beatus hieronimus dicit hoc ex pssius. et  
cu yronia e legendu. Et e sensus. Quia  
inquit oblitus es di saluatoris tui. et fortis  
adiutoris tui n es recordata. o plebs decem  
tribuu. num p pterea plantabis planta  
tionem fidele. et n potius alienu semen se  
minare debes. qd hostis assyrius come  
dat. Non plantabis ppter hoc planta  
tionem fidelem. Plantatio fidelis e quan  
do quilibet plantat et excolit uineam. et  
ipse fructu eius colligit. Plantatio uero  
infidelis e. et germen alienum. quando  
qd seminatur n colligit ab illo. qui semina  
uit. sed hostes diripiunt illud. Indie plan  
tationis tuae. labrusca. et mane semen tu  
um florebit. Ac si diceret. Quia oblitus  
es di saluatoris tui. hos capies fructus.  
C u plantaueris uineam tuam  
obtinam forech. de  
generabit. et indie maturitatis cum  
quesieris fructus plantationis tuae

37  
id uuas optimi generis. erit ibi labrusca. et  
mane inquit id in exordio messis. semen tu  
um florebit. Hoc dupliciter potest intel  
legi. In flore quidem uidebitur tibi spe  
cies salutis ee in eo. sed ante quam perue  
niat ad maturitatem consumetur ab u  
rigine. Vel mane id ante tempus flore  
bit semen tuum. ideoq ad maturitatem  
non ueniet. qd uidemus ex illis seminibus  
quae cito oriuntur. Unde et sequitur.  
Ablata est messis indie hereditatis. hoc  
est cum debuisset in horreum condi  
ablata e ut ab hostibus. ut eo modo quo  
supra diximus. Et dolebit grauer. sub  
auditur ablati messibus. Ne multitudi  
ni populorum multorum. subauditur  
uenientium cum sennacherib. contra po  
pulum meum. Et ue multitudini maris  
sonantis. et tumultus barbarum. sic sonitus  
aquarum multarum. sennacherib et ex  
ercitui illius quem diuersis gentibus con  
gregauerat per quem uoluit delere po  
pulum dñi. Minat sermo ppheticus ue  
id aeternam dampnationem. et aeternu  
supplicium. Cum tanta enim multitudi  
ne ueniebat. ut sonitus exercituum com  
parari posset sonitui maris. qd a longe  
resonat. Ante etiam sonitum aquarum  
multarum sonabunt populi  
subauditur uenientes cum sennacherib.



sicut sonitus aquarum inundantiū Et in  
crepabunt eum. idē sennacherib dominū  
tantorum exercituum. et fugiet p̄cul de  
hierusalem in nineuen. et rapiet de hie  
rusale sic puluis montiū a facie uenti. et  
turbo coram tempestate. Nonne incre  
pabit eum dñs. quando omnes exercitiū  
illius interficiet uiros Nonne sicut puluis  
raptus ē de hierusale. quando cū paucis  
simis uiris. idē x. tantūmodo fugient in  
nineuen. Nonne de hoc mundo nē rap  
tus. quando insperate interfectus ē a filiis  
suis. Sequitur. In tempore uesperis sub  
noctis. idē in extrema parte noctis. et ecce  
turbatio Sup̄ illā multitudinē anglo dñi p̄  
liante. In matutino similis turbatio. et non  
subsistet exercitus illius. Haec ē pars illorū.  
qui uastauerunt nos. et pars diripientiū nos.  
Apheta loquit̄ ex p̄sona populi isrl̄. et iun  
git se illis. Quae fuit ergo pars assyriorū.  
qui uastauerunt omnē isrl̄. qui bona illorū. si  
bi diripuerunt. Ut in puluere redigerent.  
atq; fauillā. consumpti ab igne sp̄uali. Ve  
terrae cimbalo alarum. q̄ ē trans flumen  
aethiopiae. qui mittit in mari legatos. et in  
uasīs papiri sup̄ aquas. Conuertit iterū ser  
mo p̄pheticus ad aegyptū. et appellat illū  
cimbalum alarū p̄pter huiusmodi causā.  
Nilus magni fluiuis ipse ē geon. ueniens p̄  
aethiopiam. currens per aegyptum. qui

ante quā diuideretur in septē riuos. ab alex  
andro magno. nec n̄et postea cū magno so  
nitu fluebat. ut pote p̄ montana descendens.  
ueluti solet sonitus multarū et grandiuū ēē  
auium. et ideo huiusmodi populi multi  
tudo. sonitum alarum ē paratur. Velox  
quippe concitusq; auiū uolatus. reddit  
cimbali sonitum. Alii. Potē simpliciter ita  
intellegi. quia ipse fluiuis citissime currens  
sonitum alarum. in modū cimbali habet  
Vel cimbalum alarum dicit̄. p̄pter uelocita  
tē frugum inibi nascentium. quia sic auis  
cito uolat. ita ille fluiuis comparatione  
alarum terrarū cito fruges generat. dō ita  
disponente. Dicamus et quarto. intelle  
gentes p̄ cimbalum alarū. auxiliū et p̄tecti  
onē. quā illi p̄mittēbant duab. tribub.  
Qd̄ enī palas intellegere debeamus auxiliū  
et p̄tectionē. psalmista ostendit ad dñm Sub  
ūbra alarū tuarū. p̄tege me. Idcirco ergo mi  
nat̄ aegyptiis dñs mala. quia sic h̄ tria x  
tribubus. ita isti sua uirtute ēfisi. p̄mitten  
do eis p̄tectionē. tulerunt ab eis timorem  
dñi. Ne inquit terrae aegypti. qui in um  
bra alarum suarum p̄mittit auxiliū. duab.  
tribubus. sicut damascus decem tribub.  
quoniam terra aegypti est trans flumen  
aethiopiae. idē t̄ trans riuos  
nili fluminis. qui de aethiopia manat.  
Quod autem sequitur



qui mittit in mari legatos. quia aegyptus  
 apud grammaticos feminino genere sem-  
 per profertur. potest ita resolui. quia aegyp-  
 tus populus ut mesaim. qui et aegyptus  
 mittit in mari legatos. id nuncios adduastri-  
 bus et in uasis papiri supra aqua sub  
 tit. epistolas. promittens auxiliu  
 Quod uero dicit in uasis papiri. ut in uasib.  
 debemus intellegere ex papiro factis. qui  
 tantae magnitudinis est apud illos. sicut  
 in historia alexandri dicit. ut naues inde  
 fiant. ut etiam cartas possumus intellegere  
 ex papiro factas. ubi antiquit' scribebat.  
 quia sic in uase aliqd continetur. ita in cartis  
 scriptio. ut etiam tertio modo capsulas in  
 diculoru possumus accipere ex papiro  
 factas. Cu illi ergo epistolis mittebant nun-  
 cios suos egypti ad duas trib. dicentes. he-  
 angli ueloces. id nunci nri ad gentem isrl.  
 euulsam. hoc e separata a do suo. et a ter-  
 ra sua iam ex maxima parte expulsam.  
 et ad gentem dilaceratam in pugnatione  
 assyrior. ad populu quondam terribile  
 du dm habebat pectorem. Postquem  
 subaudit populum. n e alius ita terribi-  
 lis id est cuius potentiae nullus  
 comparandus est. Ad gentem ex-  
 pectantem subauditur di auxiliu  
 uel nostrum. et  
 ad gentem conculcatam aduersis

gentib. cuius terram flumina id est  
 diuersi reges et principes diripuer. si-  
 ue populati sunt. Qd q. seqt. Ad monte  
 dni exercituu monte syon id ad hieroslm. Pot  
 capte aegyptoru principu ee dictu. quasi  
 itrogati anuncius qb. dicebant. ne angli  
 ueloces. Quo inquit pceptis uiteam respon-  
 derint yronice q mittebant eos. Ad locu  
 ubi quonda fuit nom diud ad monte syon.  
 Omis habitatores orbis q moramini ita. cu  
 eleuatu fuerit signu imontib. uidebitis. et  
 clangore tubae audietis. Alloqt m omis  
 ds omis gentes. cu eleuatu fuerit signu uictu-  
 riae assyrioru imontib. aegyptu. te ui-  
 debitis id itellegentis. qd ego cogitauerim  
 s pceperu supra aegyptu. qa clangore tubae  
 audietis. incipientib. pugnare assyris.  
 Quia haec die dñs ad me. Quiesca i loco meo.  
 id i celesti sede. et esiderabo. sub audit  
 quis na finis adueniat. Qd locut e dñs  
 ad pphetam. Ea q secunt. Sic inquit meri-  
 diana dies clara e. et sic nubes roris in die  
 messis. Et e sensus. Sic i tota die nihil est  
 clarus meridie. et sicut messorib. fati-  
 gatis gratissimus e ros. qa et eis pstat re-  
 frigeriu. et arentes stipulas secabiles  
 facit. sic sermo mñs que esiderabo i loco  
 meo aduersus aegyptu. gratissimus  
 erit omnib. in me credentib. ut sic ea  
 quae supius diximus de rore placent mes-



forib. ita placebit et assyriis. sua amces-  
sata uictoria. Ante messe enī totū efflo-  
ruit sub populis aegypti. et in matura  
perfectio germinabit. Metaphoricos loquitur  
de populo aegyptiorū. sub significatione  
messis. si nō possunt omnia uerba eūbo exponi  
sensu tam huiusmodi ē. Quē admodū segetes  
ante maturitatē cito erūpentes peunt.  
et ante quā perfectio tēporū ueniat germi-  
nantes inutiles sicut sic aegyptus pibit. et  
quasi inutiles ramusculi falcib. siue gla-  
diū assyriorū p̄cedentur. Unde et seq̄t. Pre-  
cedent ramusculi ei falcib. idē habitato-  
res ei gladio assyriorū interficient. Et quē de-  
relicta fuerint ab assyriis. abscedentur a  
chaldeis. Excipientur sub detra sua. et re-  
linquentur simul auibus montū. et bestiis  
terrae sub addeuorandū et lacerandū illi  
qui interfecit fuerint. et aestate perpetua er-  
sup eū uolucres. idē sup populū interfecit. et  
om̄s bestie terrae sup illū populū occisum  
hiemabūt. Yp̄bolicos loquitur. Non enī om̄s  
bestie terrae uenient addeuorandū corpo-  
ra illorū. sed p̄ hoc uult maximā ostendere  
multitudinē ibi interfecit ē aegyptiorum.  
et tantā aestate et hieme sufficientem  
aescam habebunt bestie que cūenerint.  
ut non sit necessitas aliam  
predam querere. In tē-  
pore illo deferetur munus dño.

exercitū apopulo sub isrl̄ diuiso. idē sepa-  
rato ad tempus adō et a terra sua. et apopu-  
lo dilacerato ab hostib. p̄ quē non fuit ali-  
us. sub ita tribilis. agente expectante dñi  
auxiliū. expectante diu et cūculata. cui  
tiam diripuer flumina. reges uidelicet  
ac principes diuersarū gentiū. ad locum  
nominis dñi montē syon. Reuertit iterū  
sermo p̄pheticus ad isrl̄ et p̄mittit ei bona.  
dies In tēpore illo uastata aegyptio. nequaqua  
iudas ultra sperabit in umbra aegypti. sed  
deferet munus fidei. bonorumq. operum.  
nec nō et alia munera ad locū nominis dñi  
montē syon. hoc ē ad tēplū illius. Hoc  
autē impletū ē sub horobabel. aliisq. duob.  
quando p̄mittente cyro. p̄ sex annos de  
captiuitate redier. de quib. muneribus  
legimus in hacharia coronas ēē factas in  
domo dñi. p̄cipiente ipso dño. Unus  
aegypti. Ecce dñs ascendet sup nubē leuē.  
& ingrediet aegyptū. et mouebunt simula-  
cra aegypti a facie ei. et cor aegypti tabescet  
in medio ei. Haec quae de aegyptio hic di-  
cunt. tā ad aegypti destructionē que uenit  
per assyrios. quā ad dñi aduentū referri  
possunt. Dicam quomodo ad aegyptū p̄-  
tineat. Nubē leuē. appellat exercitū as-  
syriorū uelocem. Dicit ergo p̄pheta.  
Nequaquam per angelum percutiet  
dñs aegyptum. sed ipse ascendet sup



exercitum assyriorū uelocissimum. et in  
 gredietur aegyptū. Sup nubem enī assy-  
 riorū ascendit dñs. quia ipse inspiciuit  
 corda illorū. ut pcuterent aegyptū. et ip-  
 se dedit uirtutem bellandi. ut se ulcif-  
 ceretur de inimicis suis. qui populū suū  
 sua pmissione seduxerant. Ipso quoq;  
 ingrediente cum assyriis in aegyptum  
 mota sūt simulacra aegyptiorū q̄ p̄ omib;  
 idola colebant. q̄a confRACTA sūt ab assyriis  
 etiā dño opante factū ē. ut assyriis ueni-  
 entib;. doemones q̄ in idolis colebant res-  
 ponsa dare n̄ possent. Tē cor aegypti ta-  
 buit siue defectit c̄siliū n̄ reperiens. q̄mo-  
 do hostes suos euaderent. Dñs etiā sup nu-  
 bē leuē ascendit. et ingressus ē aegyptū  
 quando corpus humanū accepit. nullo  
 peccati pondere p̄grauatū. et cū maria et  
 ioseph ad uocē angeli p̄ metu herod̄ fugit  
 i aegyptū. ad cui i gressū potē ēē. ut simu-  
 lacia aegyptiorū corruerent. aut etiā ob-  
 mutuerint. et cor sapientū aegypti q̄ pa-  
 uore tabuerit. Aut. Aegyptus q̄d̄ int̄pta  
 tur tenebre t̄ meror. significat hunc  
 mundum. q̄ tenebris infidelitatis tegeba-  
 tur ante dñi aduentū. Ingressus ergo dñs  
 aegyptū id̄ hunc mundū cū nube leuē.  
 id est cum corpore nullo peccati pon-  
 dere grauatū. et commota sunt si-  
 mulacra. quando relicis idolis addñi

fidem concurrerunt. et idola c̄fregerunt.  
 Et concurrere faciā aegyptios aduersū aegy-  
 ptios. id̄ ciues contra ciues. et pugnabit uir  
 aegyptius contra fratrem suū. et uir contra  
 amicum suum. ciuitas contra ciuitatē. reg-  
 num aduersus regnum. Venientib;. assy-  
 riis ut chaldeis. impletū ē hoc. alius trade-  
 re se uolentib;. et alius repugnare nitentib;.  
 Unde facta ē n̄ modica seditio int̄ eos. Et  
 hoc ē grauissimum malum et magna mi-  
 seria. ut hoste supueniente. ciues int̄ se  
 seditionē moueant. In dñi quoq; aduentu  
 et p̄dicatione aptōr; eadē discordia imple-  
 ta ē int̄ fideles et infideles int̄ toto mundo.  
 alius credere uolentib;. aliusq; nolentib;.  
 Unde dñs ait. Non ueni pacē mittere sed  
 gladium. Veni enim separare hominē  
 aduersus patrem suū. et cetera que secunt.  
 Et dirumpet̄ sp̄s aegypti in uiscerib; ei;. et  
 c̄siliū ei;. sub quo rebellare conatur p̄cipi-  
 tabo. id̄ nihili faciam. Et interrogabunt  
 simulacra sua. et diuinos suos. et phitones  
 et ariolos. Orta seditione in aegypto. et in-  
 minente hoste. scindetur sp̄s. id̄ uolun-  
 tas aegypti. cunctis diuersa sapientibus  
 et non \_\_\_\_\_ eadem \_\_\_\_\_  
 uolentib; \_\_\_\_\_ s. Tunc et inter-  
 rogabunt \_\_\_\_\_ doemones. ibunt  
 residentes simulacris suis. et diui-  
 nos siue uates. phitones quoq; et



ariolos interrogabunt cur ista acciderint.  
et non pderit eis. Similiter in dñi ad  
uentu. sps id uoluntas huiusmodi scissae.  
alios credere uolentibus. alios repugnan  
tib. Tunc psecutores scōꝝ et credentium  
introgauerunt idola sua. et diuinos. qui  
re talia exorta essent in mundo. ut  
homines deserentes antiquam consue  
tudinem. noue fidei seaptarent. Phi  
tones sunt qui et uentriloqui appellan  
tur. eo quod habeant in se malignum  
sp̄m. cuius in spiratione plerum  
que <sup>falsa. plerūq.</sup> etiam dō permittente  
uera loquunt. Arioli sunt incantatores  
qui quibusdam incantationib. et car  
minib. rem — peragunt.  
Et tradam aegyptum in manu domi  
norum crudelium. et rex fortis  
dominabitur eorum ait dñs. In multo  
rum dominorum manus legimus tra  
ditam eē aegyptum. Primū quidem  
ex pugnata est ab assyriis. deinde ana  
buchodonosor t̄tio ab alexandro. adul  
timum a romanis. quando antonio et cle  
opatra superatis. augustus eā romano  
impero subiugauit. s. ex his om̄ib. chal  
deos eē stat fuisse crudeliores. romanos po  
tentiores. Et aresec̄ aqua de mari. et  
fluuus subauditur nilus desolabitur  
atque siccabitur. Non de mari mag

no hoc dicitur. sed de lacu qui appellatur  
mareotes. Omnes enim congregationes  
aquarū. scdm pprietatem hebraeae lin  
guae. appellantur maria. Et deficient flu  
mina id̄ septē riuu nili attenuabunt̄ a su  
is aquis. et siccabunt̄ riuu aggerum. Calam  
et iuncus marcescet. et nudabit̄ alueus riuu  
a fonte suo. id̄ et riuus et fons similes  
cent. et om̄is sementis irrigua siccabit̄. a  
rescet et n̄ erit. Naturale ē ut beatus hiero  
nimus dicit. ut cū piram dī captiuitas ue  
nerit. indignationē eius pestilentia sub  
sequatur. et aduersus peccatores elementa  
cuncta deseuant. et potuit eē. ut uenien  
te captiuitate aegyptiorū per chaldeos  
uel etiam per romanos. aque de nilo et  
fontibus deficerent. Potest tamen et ty  
bolice intellegi. ut ppter nimiam tribu  
lationē flumina quoq. dicant̄ ex siccata  
esse. et illa defecisse. quae in fluuio serant.  
Metaphorice autē in fluuio ex siccato. regnū  
desolatum intellegimus. In riuus eius duces.  
in calamo et iunco. cunctā aegypti habun  
dantiā que harum rerum fertilissima ē.  
Et merebunt̄ siue lugebunt̄  
piscatores subauditur  
ppter siccitatem fluminum.  
et lugebunt om̄s mittentes in flumen ham̄.  
et expandentes rete sup faciem aquae.  
marcescent. id est deficient. Confundent̄



qui operabantur linum. id est qui ex lino sagne  
 nas et retia componebant. plectentes et  
 texentes subtilia. sub uestimenta. ut etiam  
 qui texebant ex iunco diuersi generis uas-  
 cula. Et est irrigua eius id est irrigua aegypti  
 flaccientia id est arentia. Omnes qui faciebant la-  
 cunas ad capiendos pisces. sub deficient. ad-  
 uenientibus hostibus. Haec omnia ut diximus  
 ypbolicos accipienda sunt. que propter  
 maximam uastationem ita expresse propheta  
 plata sunt. Stulti principes thaneos. sa-  
 pientes consiliarii pharaonis dederunt con-  
 silium insipienti. Quod dicit stulti principes tha-  
 neos. gentiuus grecus est. Thaneos autem ciuitas  
 est metropolis aegypti. in qua moyses  
 multa signa fecit. que in exodo comme-  
 morantur. Et hoc dicit quia adueniente ba-  
 bilonica uel romana captiuitate. omnia  
 magorum consilia ad nullata sunt. Principes  
 enim pharaonis qui putabant sapientes esse  
 dederunt consilium insipienti. id est inutile. ut  
 prepararet se ad resistendum nabuchodo-  
 nosor ut romanis. Quomodo dicitur pha-  
 raoni. filius sapientium. ego filius regum  
 antiquorum. Sic dicebat pharaoni unus  
 quisque consiliarius eius. ut suum consilium bonum  
 esse ostenderet et ob hoc statueret illud  
 T ues filius sapientium aegyptiorum  
 et regum antiquorum. Ideoque uiri-  
 liter debes pugnare contra assyrios

uel romanos. Aegyptii heros et deos  
 magnos auctores suae gentis fuisse iac-  
 tant. hoc est ysin. et osyrim. et tiphonen  
 Vbi sunt nunc sapientes tui. sub adueni-  
 ente uastatione. Adnuncient tibi et in-  
 dicent. quod cogitauerit dominus exercituum  
 super aegyptum. Propheta loquitur ad aegypti-  
 um. interrogans. ubi sint sapientes eius.  
 et quare non annuncient ei. que cogitauerit  
 super illam. Et respondet ipse sibi  
 ipsi. quare non potuerunt annunciare ei.  
 Stulti facti sunt principes thaneos siue  
 thanis. sub qui putabant sapientes esse.  
 Et marcuere seu defecerunt principes mephe-  
 os. deceperunt aegyptum. angulum po-  
 pulorum eius. Memphis ciuitas est aegypti. ma-  
 gis artibus quondam plena. Sed ubi puta-  
 bant esse sapientes. ibi non solum alii defecerunt.  
 sed etiam ipsi. Quod uero appellat aegyptum  
 angulum populorum. secundum idioma id est secundum  
 proprietatem diuinarum scripturarum. loquitur  
 quae angulum pro regno ponunt.  
 eo quod populos contineant. sicut an-  
 gulus continet duos parietes. et quod  
 in tota domo illud sit fortissimum.  
 Dominus miscuit in medio eius. id est in  
 medio aegypti spiritum uertiginis. et er-  
 rare fecerunt aegyptum  
 in omni opere suo. sicut er-  
 rat ebrius et uomens. Dominus inquit



miscuit idest habere permisit sapien-  
tib. aegypti spm uertiginis id est erroris  
ut ignorarent qd loquerentur et errare  
facerent aegyptu. sicut errat ebrius  
amente sua. et alienus efficitur ab om-  
ni rationabili sensu. intantū ut nesciat  
ubi sit. aut qd operatur. Et n̄ erit aegyptus  
opus qd faciat. caput et caudā. incur-  
uante et refrenante. Dicit sc̄s hieroni-  
mus. quia pro eo qd debuit interpretari  
curuū et lasciuente. id est senē et puerū.  
ambiguitate uerbi deceptus. transtu-  
lit incuruante et refrenante. Sensus  
ergo huiusmodi ē. Venientib. ergo  
assiris ut chaldeis. n̄ erit aegyptus opus id  
ē silū. qd aut caput aut finē habeat. aut  
senibus cūeniat aut pueris quib. alii p̄ni-  
mā aetate. amittentes intellectū delirant.  
Alii p̄ lasciuā et infantiā. nesciunt qd fa-  
ciant. In die illa erit aegyptus qua-  
si mulieres. et stupebunt et timebunt  
a facie manus dñi exercituum. quia  
ipse mouebit super eam. In die  
inquit illa cum uenerit uastitas aegypti  
per chaldeos. assirios. romanosq. >  
erit aegyptus quasi mulier infirma et >  
inhermis. et sine aliqua uirtute. et stu- >  
pebunt aegypti. siue in admira-  
tionem nimiam uertentur. et time-  
bunt a facie commotionis uindictae

dñi. quae intellegit p̄ manus ei. quam  
uindictā mouebit ipse dñs sup eā. p̄ sen-  
nacherib. ut nabuchodonosor. et erit  
t̄ra iuda in pauore aegypti. Quidā co-  
dices habent infestitate. sed beatus hie-  
ronimus. reprehendit semetipsū. qd ita  
translulerit quia rectū ē dicere in pa-  
uore id est in formidine. Et est sensus.  
Cū om̄s manus uirū fortū aegyptiorum  
quasi mulierū manū p̄ nimio terrore hos-  
tū dissolute fuerint. tunc uocabulum  
iudae terror erit et pauor aegypti. eo qd  
dū ei uult auxiliū p̄bere tanta mala p̄-  
pessa sit. Recordabit enī quia p̄pter  
timorē omnipotentis dñi. et amorē quē  
abstulit a iudeis. p̄mittendo illis auxili-  
um et p̄tectionē. ad dño ei tanta mala  
ueniant. Unde et sequit. Omnis sub  
aegyptiis. q̄ illius fuerit recordatus  
id est t̄rae iudae. pauebit a facie dñi exer-  
cituū. qd ipse cogitauit sup eā. hoc est  
sup aegyptū. Quid cogitauit ergo dñs  
sup aegyptū. ut conterat illā et uastet  
p̄ chaldeos et romanos. atq. ad nihilū  
deducat. In die illa erunt quinque  
ciuitates in t̄ra aegypti. loquentes lin-  
gua chanaan. et iurantes p̄ dñm exer-  
cituū. Ciuitas solis uocabitur una.  
Diem hic debemus accipere p̄ t̄pore.  
Hunc locū n̄ intellegens om̄s sacerdos.

V



cū uenisset in aegyptū cū multitudine  
 iudeorū sic historia ioseph narrat, Ae-  
 dificauit templum dñi et altare in ci-  
 uitate eliopoleos. ut impleret uaticinia  
 huius pphete. faciens utiq; contra pceptū  
 dñi qui dixit, Non aedificabis mihi alta-  
 re p omnes urbes uras. sed in loco que elegero,  
 Et hoc notandū quia non solū illam ubi tē-  
 plum aedificatū fuit. qui appellat̃ elio-  
 poleos. id est solis ciuitas. sed etiā quatuor  
 alias huic uicinas. que iuxta rinocorurā  
 site sunt. manifestū ē. loqui lingua cha-  
 naan. id est syra; Putant autē anabucodo-  
 for in ciuitates aegypti syros et arabas  
 collocatas fuisse. qui hac usq; ut dixi-  
 mus lingua chanaan siue syra loquun-  
 tur; Quidam p quinq; ciuitates. quinq;  
 libros legis intellegunt. qui in alexan-  
 dria primum in terptati sunt; Sed  
 melius ē. ut ista omnia ad dñi aduen-  
 tum spiritualiter referant; In die illa  
 id est post dñi passionem erant quinq; ciui-  
 tates in terra egypti loquentes lingua  
 chanaan; Aegyptus que int̃ praet̃  
 tenebre ut meror significat hunc mun-  
 dum; Chanaan autē int̃ praet̃ cōmu-  
 tatus; Quinq; ergo ciuitates. quinq; sup  
 corporis sensus. uisus uidelicet. auditus. gustus.  
 ol factus. et tactus; Quarum ciuitatum

una ē ciuitas solis id est oculi p quos lumen  
 haurimus; Qui cumq; ergo uitas seruiunt  
 et a prauis cogitationib; hos quinq; cor-  
 poris sensus non refrenant. lingua aegy-  
 tiaca loquunt̃. quia in tenebris peccato-  
 morant̃; Qui uero uirtutib; opera tribu-  
 unt. lingua chanaan id est commutata lo-  
 quunt̃ qui de uitis mutati sunt ad uir-  
 tutes; In die illa id est in temporillo p dñi  
 passionē. erit altare dñi in medio terre  
 aegypti. id est in hoc mundo et titulus iux-  
 ta terminū eius dñi; Et erit sub illud alta-  
 re. ut titulus insignū dominicae passionis  
 et resurrectionis. et in testimoniu dñi ex-  
 erit. in terra egypti. hoc est in toto  
 mundo; Per unū altare. debemus intelli-  
 gere omnia altaria totius mundi; Titulus  
 autē qui iuxta illud altare est a euuan-  
 gelii et aptoe doctrina intellegit̃ que us-  
 q; ad terminos orbis t̃ p uenit; Possunt  
 etiā p hoc altare intelligere fidem quae  
 una ē in omnib; credentibus; Sicut  
 enim sup altare offerunt̃ dño sacrificia  
 ita que quid boni agimus p fidem  
 offerimus; Titulus iuxta fidē intelli-  
 gitur bona operatio. & imitatio passio-  
 nis xpi; Clamabē enim ad dñm  
 a facie tribulantis. et mittet eis  
 saluatorem & propugnatorem qui  
 liberet eos. Cum inquit fuerit alta-

Quia sic una ē fides credentium. unū baptisma.  
 una ecclesia. ita unum altare.



re dñi in hoc mundo et ac uan-  
gelica doctrina diffamari coeperit. tempusq;  
p̄secutionis ingruerit. tunc hi qui cre-  
derint apli uidelicet ac martires. aliiq;  
fideles eorū sequaces. clamabit ad dñm  
patrē a facie p̄secutorum implorantes  
misericordiā; Statimq; mittet eis sal-  
uatorem idē auxiliū filii sui ihū.  
qui int̄ praet̄ saluator. et erit  
pro pugnor siue defensor eorū  
liberans eos; Quociēscumq; enim af-  
fligunt̄ electi. aut p̄secutorib; aut  
ab im̄. pugnatione demonū. et  
dī auxiliū habent a quo prote-  
gant̄. quasi ipse dī filius mittatur  
a dō patrē. dum eius adiutorio illi sal-  
uant̄; Et cognosceat̄ dñs ab aegypto. et  
cognoscent aegypti dñm in die illa;  
Cum dī clementia respexerit credentes  
positos in certamine. cognosceat̄ dñs ab  
aegypto. idē ab hoc mundo. et cognos-  
cent aegypti. habitatores uidelicet huius  
mundi dñm. siue p̄secutores qui fuerint  
superati. siue credentes auxiliū dī libe-  
rati. et colent sub illi qui fuerint libera-  
ti dñm in hostiis. corporis uidelicet et  
sanguinis ex. quod offert̄ cotidie in  
a ecclesia. et in muneribus spiritali-  
bus et uota idē bona opera uouebit̄  
dño et soluent; Et p̄cutiet dñs aegypti

plaga et sanabit eam et reuertentur ad  
dñm et placabitur eis et sanabit eos;  
Hoc de sc̄is martirib; aliisq; credentibus  
dictum intellegitur; Percutiet dñs ae-  
gyptū idē p̄cuti permittet electos a p̄secuto-  
rib; & sanabit eandem plagā quia co-  
ronabit sc̄os martires; Persecutio siquidē  
non ad necationē credentium p̄tinet  
sed ad probationē et remunerationē; Quē  
enim diligit dñs corripit. flagellat  
omnē filium quē recipit; Et si in-  
quit ad tempus recesserunt a dō. reuer-  
tent̄ ad illum & sanabit eos a peccatis. et ab  
omni tribulatione; In die illo idē in tem-  
pore dominici aduent̄. erit uia de ae-  
gypto in assyrios. et intrabit assyriōs  
aegyp̄tū. aegyp̄tū in assyrios et seruent  
aegyp̄tū assur; Ante dñi aduentū sin-  
gule gentes proprios reges habebant.  
nec erat licitū cuiquam de una regio-  
ne transire in aliā. quia pro explora-  
toribus capiebant̄; In romano autem  
imperio. unum facta sunt & maxi-  
me postquam in xpm crediderunt.  
Ab euphrate enim usq; tigrim omne  
medium regio assyriorum fuit. et  
quos ueteres assyrios. nos modo syros  
uocamus a parte totum appellan-  
tes; Post ergo dñi passionē. uia  
de aegypto fuit in assyrios quia qui cūq;



uolunt modo de egyptus transire in  
 assyrios. et de assyris in aegyptu liberam  
 potestatem habent. maxime negotiato  
 res eorum. qui de regno ad regnum tran  
 seunt; Quod autem dicitur seruient egypti  
 assur. non idcirco dicitur quod postea sub  
 iecti fuissent egypti assur. sed propter  
 legiones romanorum dicitur. que instruc  
 to syro milite custodiebant aegyptum.  
 ut quia utraq; gens ea que apud se  
 abundant in aliam causam commertii trans  
 fert; In die illa erit israhel tertius aegypti  
 et assyrio. benedictio in medio terre  
 cui benedixit dominus exercituum; Legi  
 mus in libro machabeorum quod regnum  
 israhel. aliquando reges assyriorum. aliquan  
 do egyptiorum sibi uendicabant; In  
 domini uero aduentu neque assyris erat sub  
 iugatum. neque egyptus. sed sub romano im  
 perio erat constituta ciuitas. et eiusdem  
 conditionis erat cuius illi. quia sic serui  
 ebant egypti et assyrii romani. ita et  
 israhel; Nequaquam ergo israhel inter egypti  
 os et assyrios mediis uexabitur. sed erit  
 eis tertius. quia seruient illi duo popu  
 li romani. et ipse similiter et ipse israhel  
 erit benedictio in medio terre; Quare  
 benedictio. Quia de syon exiit lex et  
 uerbum domini de hierosolymis. id benedictur  
 in toto mundo in apostolis. aliisque credentibus;

Cui ergo erit israhel benedictio. illi populo cui  
 benedixit dominus id ab illo benedictur a quo  
 ante maledicebat; Cui dicit dominus; Bene  
 dictus populus meus aegypti. et opus manuum  
 mearum assyrio; Iste regiones per omnibus  
 regionibus habundant multitudinem mo  
 nachorum; Ideoque a domino benedicti me  
 rentur; Hereditas autem mea israhel; Quare  
 hereditas. quia ibi est natus. nutritus.  
 passus; Ibiq; redemit genus humanum. ibi  
 et resurrexit; In anno quo ingressus est  
 tartan in ahotum cum misisset eum sargon  
 rex assyriorum et pugnasset contra ahotum  
 et coepisset eam; In tempore illo locutus  
 est dominus in manu aeseie filii amos; Aho  
 tus una est urbs philistinorum potentis  
 sima de quinque urbibus. quam sargon rex  
 assyriorum qui et sennacherib appellatur  
 qui septem nominibus nuncupatur est. ut  
 beatus heronimus dicit. misso duce exer  
 citus sui thartan nomine coepit acce  
 nit; Illo tempore quando hec urbs cap  
 ta est locutus est dominus in manu aeseie;  
 Quomodo in manu. in manu dicitur in ope  
 ratione illius; Tale enim operationem  
 operabatur propheta. ut dignus esset sermo  
 nem dei audire; Vade et solue saccum delubris  
 tuis. et calciamenta tolle de pedibus tuis; Sac  
 cus uestimentum est. cilicium hic enim erat habitus  
 prophetae plangentis delicta populi; Et



fecit sic; Nudus uadens et disculciatus;  
Mira prophetę obedientia quod uir nobilissi-  
mus non erubuit nudus incidere. sed  
dę pceptis oboedire. nihil honestius iudicans.  
deposuerit sacco quo abiecto nudus fuit;  
Quia enim habebat tunicam ut beatus hieronimus  
dicit. ipsaq; cilicinam; Ideo autem dixi illum nobilissi-  
mum fuisse. quia sicut hebrei tradunt. tante  
nobilitatis fuit. ut filiam ei acciperet in uxorem  
maneses rex duarum tribuum filius zechie re-  
gis. et dixit dominus; Sic ambulauit seruus meus ae-  
saias nudus et disculciatus triu annorum signum et  
portentum erit super egyptum et super aethiopiam;  
Prophetę uiri potentes erant quia non solum ea  
que dicebant. sed etiam opera illorum plerumque  
aliud prefigurabant. sicut in hoc loco possumus  
cognoscere; Notandum autem quia cum dicitur  
trium annorum signum erit. non debemus putare  
quod per tres annos ierit propheta nudus. sed  
per numerum annorum possumus intelligere  
dies. quod in uolumine ieremie zechielis ostendit  
dixit dominus ad eum; Die panno. die in  
quam panno dicti tibi; sic minabit rex as-  
syrorum captiuitatem egypti. et transmiga-  
tionem aethiopię; lauene et senem nudam et  
disculciatam. discooperis natis sub  
tribus annis sicut seruus meus. aesaias  
ambulauit tribus diebus; Rex as-  
syrorum de letis decem tribubus uastata  
etiam damasco. recta uia precessit in egyptum.

et ipsos partem ethiopesque uastauit; Signi-  
ficat autem spacio trium annorum egyptum  
ab assyris esse uastandam. quia multorum  
populorum erat regio. et uno anno non  
poterat uastari; Et tunc ignominiam ae-  
gypti subuidebit omnis. comminabitur ita  
in captiuitate. et timebit sub iudei. et con-  
fundentur ab aethiopia spe sua. et ab aegyp-  
to gloria sua; Iudei gloriabantur in aegyp-  
tus qui eis premebant protectionem. et  
habebant spem. et fiduciam in aethio-  
pibus qui erant egyptus sociati; Cum  
ergo audisset et uidissent tam aegyp-  
tios quam aethiopes minari in captiui-  
tatem ignominiose ab assyris timuerunt  
ualde et erubuerunt quod spem suam  
in illis posuerint; Et dicit habitator in-  
sule huius indie illa; Insula dicitur eo  
quod in salo id est in mari sit posita; Et in-  
sula appellatur hierusalem. quia uariis ad-  
uersariorum persecutionibus tam quam  
quondam mari tundebatur; Hęc cene-  
rat spes nostra ad quos confugimus in au-  
xilium ut liberet nos a facie regis assyrio-  
rum. Et quomodo effugere poterimus  
nos? Num quid ita spes nostra quam  
habebamus in aegypto et aethiopi-  
a. et ad hos confugimus. ut nobis  
preberent auxilium. qui se de capti-  
uitatis malo eruerent non qui uerunt.



corūq; potestate ad nihilū deduxerit.

Et si illi capti sunt quomodo nos effugere poterimus? Consideranda ē prudentia dī quomodo omnia regna cōtra se insupbia eleuata destruxerit; Contra dī uoluntate isrl̄ superauit in damasco cōstris; Ideoq; tā illi qui aduersarius dī p̄mittebant auxiliū quā illi qui in ipsis sperabant. uastati et capti ueritati sunt ab assiris; ludas uē dux tribus confidebant in aegypto; et aegyptus in aethiopibus; ipsi quoq; ab assiris caldeisq; uicti sunt; Assiri supbie putantes se uictores existere sua uirtute. achaldeis regnum eorum petuit; Chaldea et babiloni crexerit caput contra dñm. a medis et persis subposita sunt; Per se & medis alexandro magno. Alexander magnus cū se putaret esse dñm. ueneno perit. regnūq; ex p̄ parte diuisum a romanis est superatum et in eorum potestatem redactum; Romanum imperium quod quasi feratis dentib; unguibusq; scōrum carnes lacerauit. ex parte iam appareret esse destructum et destructur in die iudicii cum regnum xp̄i aduenerit;

**DE DESERTO MARIS;**

Mare appellatur in hoc loco babilon propter multitudinem populorum. quae in ea erat; Unde per hieremiam prophetam dicitur. ad nabuchodonosor; Desertum faciet dñs

mare eius; Desertum dicitur delectū adō et euacuatum ab habitatoribus suis; Sicut turbines ab affrico ueniunt. de deserto uenit. de terra horribili. uisio dura nuntiata est mihi; Vox babilonis; Sicut inquit ab affrico uē ab australi parte. tempestas uehemens uenire consueuit. et de terra horribili. idē horribili. cuius nec nomen audire possum sine formidine. uisio dura nuntiata est mihi aduentus scilicet medorum et persarum; Quid durius quā captiuitatis malum? & quid durius quam ab ipsis subiectis non solum bona temporalia. sed etiā uitam presentem auferri. qui incredulus ut qui infidelis est dō. ut dño suo; Darius ut errus. infidelit̄ agit. sub contra dñm suum baldasar occidendo illum. et quidem populator siue uastator est uastat sub me; Repletio superioris cōm matis ex uoce babilonis; Quamuis enim dō p̄mittente illud fieret. tamen infideliter egerunt darius et errus contra dominum suum baldasar; Ascende helam. obside mede; Vox dñi alloquentis multitudinem medorum & persarum. Helam namq; prouincia est persarum et ciuitas per quam intelleguntur homines de helam ut per sidda; Ascende inquit o exercitus helam idē qui de helam p̄ uenia uenit. & omnis exercitus.



mede id' medorum. obside babilonem;  
Hic & sensus. Non tamen atis o medi et pse. uas  
tare babilonem; Ascendite sup equos uros.  
& obsidete ciuitatem; Omne gemitum ce  
cessare feci; Hoc tripliciter potest intelle  
ge. omnem gemitu ei cessare feci. quote  
et alias gentes gemere faciebat. ut quod  
nullus iam gemat p' sas. potentiam babil  
lonis. seu quod tantis malis afflicta sit ba  
brlon ut coram te gemere non audeat;  
Propterea repleti sunt lumbi mei dolore.  
angustia possedit me sic angustia parturi  
entis; Vox pphete plangentis babilonem.  
spu pphetalis; Propterea inquit quia babil  
lon tantis e repleta miseris. repleti sunt  
lumbi mei dolore. sic lumbi parturienti  
um mulierum; Angustia possedit me;  
preuidens tante multitudinis. sanguine  
fundi. sic angustia parturientis; Corruu  
sub miseriam babilonis; Conturbat' su cu  
uiderem spu destructione eius; f' marcuit  
id' defectu cor meum siue uirtus mea. te  
nebre id' angustiae ut dolores stupefecer  
me id' in nimiam admirationem ne conuer  
terant ut etiam tenebre stupefecerunt  
illam. quia a multitudine lacrimarum  
caliga uerunt oculi eius; Babilon  
dilecta mea posita est mihi in mira  
culum; Vox pphete. qui ideo appellat  
babilone dilectam. quia homo erat & de

sub aud in tristitia t' terra. cum audirem

hominibus loquebatur; Ideoq. non pote  
rat non dolere sup tantis miseris corru' posita  
autem erat ei in miraculum; Quare sic cito  
poterat a subiectis eueri. Pone mensam. con  
templare in specula. comedetes & bibentes.  
ut fortes sitis ad medicandum & occiden  
dum babilonios; Cumq; comedentis & bibe  
ntis. surgite. arma corripite babilonem de  
bellate; Contemplamini in specula id' ea  
que ex arata sunt in pariete. opere coplete.  
quia d's regnum baldasar numerauit; Alii;  
O babilon para regi tuo baldasar mensam. et  
contemplare quid post cibum eueniat ei;  
& os aut' dant et erre. qui cum rege come  
detis. surgite et int'ficite dominum urm;  
& el contemplare baldasar. quid sit in pari  
ete scriptum; & ane. Phares. I e' chel;  
Hec enim dixit mihi d'ns; Vade et pone spe  
culatorem. et qd' cumq; uiderit. adnuntiet;  
Prophetam etiam legimus hic speculato  
rem. qui speculabatur quae d'ns  
precepturus erat super babilonem;  
Prophete namquae speculatores ap  
pellabantur. sicut ad ieremie  
lem dicitur;  
fili hominis speculatore  
de di te' domui israhel; Tale est  
ergo ac si diceret; Teme ipsum consti  
tue speculatore et que cumq; audie  
ris ame uideris spu pphetalis adnuntia  
Surgite principes. arripite clipeu; Dupliciter po  
test intelligi istud; Opse & medi. sumite cibum.  
futuro p'ho uos p'parantes.



Et uidit ille speculator. id est ego uidi currum  
 duorum equorum hoc est bigam. que  
 duobus aquis duci solebat. ascensorem  
 asini. & ascensorem cameli sub iudi;  
 Idem ille ascensor qui residebat. perquis  
 utebatur disparibus animalibus. asino  
 uidelicet et camelo; Ascensor iste duo  
 rum animalium intellegitur errus.  
 qui duorum regnorum rex existit. per se et  
 modo post mortem dani auunculi sui;  
 Asinus regnum persarum est. quod ante errum  
 ignobile fuit. et nullius dignitatis inter ce  
 tera regna; Camelus medorum regnum  
 est quod semper fuit potentissimum; Ascen  
 sorem ergo bigae uidit propheta uenientem.  
 quia cum medis et persis uenit ipse errus  
 contra babylonem pariter cum auun  
 culo suo dario; Et clamauit leo;  
 Ipse propheta qui appellatur specu  
 lator appellatur et leo propter  
 uirtutem animi. Et quia dubium  
 erat de persona speculatoris ipse  
 exponit manifestius dicens;  
 Super speculam domini. ego sum. stans  
 iugiter per diem. et super custodiam  
 meam. id est super locum contemplatio  
 nis meae. ego sum stans totis noctibus  
 Super custodiam inquit meam. scilicet in  
 uit me custodiam ab omni peccato.  
 et sum dignus audire uerba domini;  
 Et contemplatus est speculator. id est ego contem  
 platus  
 sum. multo in uultu diligenter.

Et super speculam domini sum iugiter  
 id est semper sum positus in contem  
 platione dei. et diebus ac nocti  
 bus. et praeparatus audire et lo  
 qui quod ipse praecipit; Et  
 respondet sub ille leo qui supra  
 clamauerat et dixit; Cecidit  
 cecidit babylon. et omnia sculp  
 tura deorum eius contrita sunt  
 in terra; Quod adhuc stante  
 babylone dicit cecidit babil  
 lon. ideo dicit quia in praesentia dei  
 iam ceciderat; Vastante erro cum  
 dario babylonem non solum urbs est  
 destructa. sed etiam idola eius ad ni  
 hilum reducta sunt destructo templo  
 belis. et igne concremato; Tritura mea.  
 et filia areae meae. que audiui a domino  
 exercituum deo israel. adnuntiaui  
 uobis; facit apostropham ad hierosolimam.  
 quam appellat trituram eo quod  
 aduersus gentibus terebatur. siue  
 conculcabatur; Triturare enim  
 est conculcare. filia etiam areae ap  
 pellatur id est filia templi quod erat  
 constructum in area. ornata iebu  
 sei. qui et arena uocabatur; Et  
 est sensus; Tritura mea israel. que amul  
 tis gentibus est contrita. et o filia areae  
 meae. id est templi. quod situm est in area are



ung non tibi uideatur incredibile esse  
quod dixi de babilone quia non sunt  
mea uerba sed dñi exercituum. et que  
audiui ab illo haec annuntiavi uobis;

**O H Y S D U M A .**

**P**ro duma. septuaginta idumea in p̄ta  
sunt que: provincia sarracenorum. Duma  
aut regio e. idumeae provinciae et s̄habita  
tores ei. de progenie esau. qui et edom  
siue seir appellatus; Constat uero  
idumeos ab assyris uel chal deos ex  
pugnatos esse. sicut et duas tribus;

**S**ed uidentes idumei duas tribus post  
septuaginta annos de captiuitate chal  
dacia esse reuersas. et in seruitio de tene  
ri. contra dñi uim querebantur auxi  
lium. cur non etiam ipsi fuerint liberati  
cum de stirpe fuerint abrahae et isaac;

**U**nde dicit dñs; Ad me clamat ex ser  
u. id quilibet idumeus qui deserit est. capti  
uatus in babilonem et mediam. ubi  
adhuc detinetur; Custos. qui de nocte  
custos q̄ de nocte sub uigilias ut  
liberes populum tuum; et est sensus;

**O** custos isrl. dñs omnipotens qui populum  
tuum tueris custodia sempiterna. et  
quasi in nocte illis dormientibus uigi  
las ne hostis irumpat sup eos. liberans  
illos de nocte captiuitatis; Quare et  
nos quide ei genere. sam simili clementia n̄

ptegis. Dixit custos. non dubium  
quin dñs omnipotens. Venit mane id  
tempus libertatis populo meo. et  
noxe id: tempus tribulationis uent  
genti idumeorum; Populo meo prae  
bebo lumen leticiae de captiuitate  
reuerendi. et uos derelinquam  
in tenebris captiuitatis et seruitutis. eo  
quod gauisi estis super uastatione  
populi mei; Nam quia idumei le  
tati sunt de captiuitate populi isra  
elitici. idcirco et ipsi in captiuitate  
post modum ducti sunt; Si queritis  
querite. conuertimini et uenite; Et  
est sensus; Si queritis me ex toto  
corde querite. agentes poenitenti  
am ueram; Venite id: de captiui  
tate redite. & iter; Si queritis  
tempore necessitatis auxilium meū  
et in prosperitate similiter me in uoca  
te; Conuertimini ad me toto animo  
et uenite ad propinquantes mihi per  
bona opera. et suscipiam uos poenitentes;

**O H Y S I H A R A B I A ;**

**A**rabel ipsi sunt sarraceni et hismahelite;  
Ex hismahete et filio eius caedar.  
ducentes originem. quorum re  
gio appellatur arabia. qui cū  
recte agareni uocari debu erint  
abagar matre sua. mutato nomine



malunt se sarracenos uocari. quam  
 agarrenos. quasi non de ancilla agar-  
 sed de libera sara ex orti. Quia ergo  
 isti iudeis fugientibus a facie chal-  
 deorum cum debuissent aquam et panem  
 dare que panem dantes. aquam subtraxe-  
 runt. ut illi cibo suam augente ma-  
 gis ex ardescerent et morerentur;  
 I d circo et ipsi in captiuitate ducti.  
 et licet illi hoc agerent tamen allo-  
 qui tur dñs omnipotens iudeos fugien-  
 tes inquit. in saltu ad uesperam  
 dormietis in semitis dodanum. Vos iu-  
 daei qui obsidionem babilonicam effu-  
 gere potueratis; In saltu id est in filius  
 sarracenorū. dormietis siue requi-  
 escetis. chaldeos fugientes. in semitis  
 quoq; dodanum requiescetis;  
 Dodanum inter p̄tatur in propinquos  
 uel cognatos; In semitis dodanum  
 dormietis. hoc est in itinere quod ducit  
 ad propinquos uros sarracenos; Occur-  
 rentes sicuti sub populo meo ferte  
 aquam; Ad his mahelital sermo conuertitur.  
 ut ferant aquam fratribus suis iude-  
 is ad se confugientibus; Currite in-  
 quit & lassos fratribus ac per-  
 iclitantibus ardo re sitis.  
 ferte aquam ne fer uore so-  
 lus nimio in solitudine pereant;

Qui habitatis terram austri id est  
 in parte meridiana. cum panibus  
 occurrite fugienti populo meo; Non  
 solum inquit aquam sed et panes ferte  
 fugientibus. ut quos afflixit obsidio  
 et persecutio hostium ura misericordia releuet.  
 A facie enim gladiorum. fugerunt; A facie  
 gladii. sub babiloniorum imminentis.  
 a facie arcus extenti id est a facie ela-  
 mitarum qui sunt peritissimi sagittarii  
 et cum chaldeis uenerunt; A facie grauis  
 proeli. ac si diceret; Ne despiciatis mi-  
 seros. quia cito ueniet & ura capti-  
 uitas. Quia hec dicit dñs ad me; Ad  
 huc in uno anno quasi in anno mercen-  
 nari et auferetur omnis gloria cedari id est  
 populis et diuitijs sarracenorū. et re-  
 liquie numeri sagittariorum fortium  
 de filiis cedari imminuent; Post unum  
 autem annum iudate captiuitatis et de-  
 structionis hierosolymae et ipsi uastati sunt;  
 I deo q; dicit; Quomodo annus mercen-  
 nari uelox est. & breuem pu-  
 tat omnem <sup>laborem</sup>. dum tantummodo  
 ad desideratam perueniat merce-  
 dem. sic per diuissimum spacium  
 temporis restat. donec captiue-  
 uemini: o sarraceni; Reddit ergo  
 causas quare p̄cepit occurrere illis;  
 Fugerunt inquit babilonium gladium et



quia uos non prebuisstis eis misericordiam exple-  
to uno anno captiuitatis eorum auferet  
omnis gloria uestra; Quod uero dicit et reliquas  
numeri sagittariorum fortium defiliis ce-  
darum imminuentur. hoc modo intellegitur:  
Reliquiae sarracenorum que relictas sunt ab as-  
sirus. imminuentur ab abylonis; Sagitta-  
rii enim sunt sarraceni. sicut et patres eorum  
ismael. quia insolitudine morantur;

OHVS VALLES VISIBILIS;

Onus id est pondus miseriarum et poenarum.

Valle appellat hierusalem; Illa ciuitas domina  
gentium. et que antea appellabatur ciui-  
tas magni regis. modo appellatur ual-  
lis despectiue aspectu sancto; Non quod in ual-  
le sit posita. in monte enim sita est. sed

propter trans-  
gressione in  
clatorum di-

propter idolatriam; Sic etiam ueniente  
domino in carne. appellata est castel-  
lum despectiue; Ite inquit ad  
apostolos in castellum quod est  
contra uos; Et bene dicit ual-  
lis uisionis. quia ibi fuerunt  
prophete iusti qui dominum uisiones  
uidere meruerunt. sicut fuit sama-  
hel. dauid. isaias. hieremias  
daniel et ceteri sancti; In hoc  
notandum est in hoc sermone quia  
non pertinet hoc quod propheta hic dicit ad  
illam obsidionem que facta est a sen-  
scherib temporibus ezechie. sed potius ad

illam que facta est anabuchonosor-  
temporibus sedechie; Quid nam tibi est

et ex prophete ex persona spiritus sancti; Quid nam

tibi est obuersum quia ascendisti et tu

omnis in tecta. Bene dicit et tu; Ante

enim ascendit moab in tecta adorare ido-

la. et philistim. et reliquas gentes. quia

uersum; Ac si diceret alius uerbis; Et si

omnes gentes ascenderunt super tecta ad

adorare idola. tu quare ascendisti dere-

linquens me redemptorem tuum. Ideo

die clamoris plena sub ciuitas quia an-

te obsidionem plena erat illa clamore

exultationis et gaudii. dum adorerent idola

sua. et adueniente nabuchodonosor. sim-

iliter repleta est clamore tristitiae et timo-

ris; Ascenderunt siquidem illi miserrimi

super domos adorare idola sua. et pe-

tere ab eis auxilium. sed non profuit illis;

Urbs frequens appellatur. propter multi-

tudinem populorum que ibi erant;

Rex enim eius uigiter habitabat in

ea ad confluendum <sup>quem</sup> omnis exercitus.

Ciuitas exultans quondam fuit.

sicut temporibus dauid et salomonis;

In ter fecisti tui. non in ter fecisti gla-

dio; hoc referendum est sicut

diximus ad nabuchodonosor et sedechi-

am; Quomodo ergo interfectus est populus eius

obsidione. fame. et siti et quare non in prelio?



ipse manifestat; Omnes principes tui fugerunt;  
 Sicut enim legimus in libro regum siue hieremie: cū obsideret ciuitas achaldeis: p quod dam foramen muri exiit sedechias rex nocte et principes cū eo fugientes p̄ capos hierichuntinos; Sed non ideo liberati sunt quia non habuerunt fiduciā in dño; Et secuti deniq; achaldeis cōprehensi sunt incāpis hierichuntinis et ducti nabuchodonosor qui erat in reblatha; Nā ipse non ascenderat ad hierosolimam sed omnē exercitū direxerat ad capiendam urbem; Tunc iussit nabuchodonosor filios illius ante oculos eius occidi et postea eruens illi oculos duxit illum secum cecatū incauē in babilonem;  
 Omnes autē principes et qui cumq; potuerunt capi ab illis aut sunt occisi aut sunt dure ligati et uincti ducti in babilonem;  
 Propterea dixi; Vox prophete. Propterea quia cognoui desolationem populi mei; dixi cum prophetis et cum discipulis meis; Recedite quia amare ut grauit̄ flebo desolationem populi mei;  
 Superius diximus quia cum audiret propheta mala que futura erant super babilonem fleuit quanta magis ergo fleuit uastationē populi sui; Nolite incumbere sup me;  
 Vox prophete ad con discipulos suos qui cū uolebant consolari; Sic erat grauat

propheta dolore quasi in lecto aegrotans;  
 Ideoq; dicit; nolite incumbere idē nolite inclinare ad me ut consolemini me; Dies enim int̄fectionis ad dño dō sub ortu in ualle uisionis idē sup hierosolimam; Scrutans murū et magnificus sup montē; Ipse dñs scrutatus est murum hierosolimam quando sic in subsequenti; uidebim; unusquisq; principū chaldeorū qui ciuitatē obsidebant; partē muri contra se positā destruxit;  
 Magnificus etiam sup montē idē sup templum extitit quia p̄misit illud euertere;  
 Et lam sumpsit pharetram; Curram hominis equitis sub audit ur̄ sumpsit; Et lam ciuitas ē et regio in p̄uincia p̄sida et sunt optimi sagittarij habitatores eius;  
 Aelam idē aelamite sument pharetram ad sagittandum populū iudeorū; Curram etiam hominis equitis sument ut possit cito discurrere p̄ plateas hierosolime;  
 Licet currus duos habeat equos; Potest tamē non incongrue ille qui de sup sedet appellari eques et parietem domus dñi nudabit clipeus chaldeorum idē fortitudo illorum; Parietes domus qui erant uestiti crustis aureis et marmoris nuda uitt clipeus ut fortitudo et potestas chaldeorum; In hoc loco clipeus p̄ fortitudinem habet et erunt decete tue ualles plene



quadrigarum; Vox pphie ad hierosolimam; hierosolima in monte sita in circuitu sui habebat ualles delectabiles. et quando exercitus nabuchodonosor uenit contra eam multitudo quadrigarum diffusa est per latitudinem uallium; Et quidam autem qui in ciuitate intrauerunt non illam omnem multitudinem poterat capere illa ciuitas. posuerunt sedes suas in portis. ne quis iudeorum fuga possit saluari. et de hoc dictum est in hieremia; ecce ego congregabo omnes cognationes regnorum aquilonis et oppugnabunt hierosolimam. et ponent principes sedes suas super portas eius; O hierosolimam erunt ualles tue quondam electe plene quadrigis. et erunt equites ponentes sedes suas super portas tuas. et reuelabitur id destruetur operimentum iude. Operimentum appellat templum domini quod optimum id est absconditum erat. antea leprosis et inmundis hominibus. etiam gentilibus quibus non licebat ingredi in tuas; Tunc autem reuelatum est quia uiolauerunt illud chaldei et gentes. suo ingressu. Et uidebitis sub destructum in die illa armamentarium domus saltus; In qua die? Cum caldei coeperint ciuitatem. et dissipauerint templum. tunc uidebitis o iudei concuies mei destructum armamentarium domus saltus; Armamentarium est locus. ubi conduntur tela armorum.

Et erat enim domus iuxta templum domini quam dauid aedificauit. ad reponenda arma. in cuius circuitu erant arbores plantate. et propterea dicitur domus saltus. et ipsa domus non habebat parietes ex cemento et lapidibus. sed ex lignis; Dicunt enim quia ex humore cimenti et lapidum. rubigo nascitur infero; Et scissuras ciuitatis dauid uidebitis quia multiplicatae sunt; Ciuitatem dauid. appellat hierosolimam. sicut superius diximus. murus ciuitatis multiplicatus perforatus est ab hostibus. et multiplicatae sunt scissure. et congregastis omnes filii iude et beniamin; Aquas piscinae inferioris. et domos hierosolimae numerastis. et destruxistis domos ad munitum murum. et lacum fecistis inter duos muros; Vox pphiae; Piscina. lacus est siue cisterna. ubi colliguntur aquae; Terra repromissionis ubi dicit beatus hieronymus. licet fertalissima fuerit. tamen magna penuriam aquae habebat maxime circa hierosolimam. et ideo faciebant cisternas ad colligendas aquas. iordanis fluuus currit inter galileam. et iudeam; Siloam fons. ad radices montis sion oritur; In hierosolimam autem erant duae piscine. una superior. altera inferior; Illa quae superior erat. non poterat capi ab hostibus. Inferior uero poterat



aufferi. Et cū audissent aduentū chal  
 deorū. aquas quę in piscina inferio re  
 erant. quę capi poterant. p̄ quosdam  
 meatus et fistulas deduxerunt in faci  
 litate et congrega uerunt eas in unū  
 locū. et numerauer̄ domus hierosol̄m. et  
 cōstruer̄ quantū unicuiq; domui dare  
 tur ex aqua. et destruxer̄ domos aliquan  
 tas. et munier̄ ciuitatē contra hostes. et  
 ipsū lacū de quo supra dixim⁹ fecer̄ de  
 currere inter duos muros. Duos muros  
 dicit. quia hierosol̄m duplici muro cin  
 gebat. Sic legit̄ in hesdra. Isti habua  
 bant in hierosol̄m prima. et isti in secunda.  
 Et aqua piscine ueteris quę quondam  
 habuerat aquas sub auditu uos re  
 stauratis. habentes magis fidutiā in a  
 qua. quā in illo qui condidit illā. et o  
 peratore illius aque. dñm de longe  
 n̄ uider̄. id; usq; quo uenit sup illos  
 tribulatio. Et uocabit dñs in die illa  
 ad fletū. In qua die. tempore illo  
 cū uenerit nabuchodonosor. Quos uo  
 cabit. <sup>quid</sup> ludęos. ad uocabit eos. Ad flet  
 tum et planctū. ut defleant et plan  
 gant peccata sua. Legimus in hie  
 remia. quia cum nabuchodonosor  
 ueniret sup hierusalem. ante  
 quā obsidere coepisset populus ei  
 ciuitatē. misit dñs hieremiam

sedechiam et ad iudęos. ut agerent poeni  
 tentiam et misereret̄ eorū. Sed p̄ nihilo  
 duxer̄ uerbū hieremie. copulati sunt  
 et dicebant positi in desperatione. Come  
 damus et bibamus. et asidi in futuro mo  
 riemur. Ad calumū autē. p̄ uocauit eos.  
 quia antiquus erat consuetudo.  
 ut tēpore poenitentię ut tristitię.  
 tunderent capita. et raderent barbām  
 suā. Ad cingulum sacci uocabit eos.  
 ut induerent sesacco et cilicio. in aurib⁹  
 meis sonuit hęc uox dñi. Quę nā uox  
 fuit illa. si dimittet̄ iniquitas hęc popu  
 lo hunc. id; non dimittet̄. si p̄ n̄ positū  
 est. Hęc dicit dñs ad esaiam. Vade ad  
 sobnā p̄ positū templi. qui habitat  
 in tabernaculo sub auditu dñi.  
 Iste sobnā pontifex erat. superbus et  
 arrogans. Preuaricator legis dei. oppri  
 mens uniuersū populum. et auertens  
 illos a preceptis et cultura dñi. et ipse  
 tradidit p̄ timore inferiorē partem  
 ciuitatis. exercitui senna cherib;  
 Ideo q; dñs p̄mutat ei mala futura.  
 Et hęc quę hic dicunt̄. n̄ p̄tinent ad illā  
 captiuitatē superius memoratam.  
 quę fuit temporib⁹ sedechię. Et quid  
 dicitur ei ad dñm. Quid tu hic sub facis.  
 Tu qui superbus es. et lupus rapax. Cur mo  
 reris in domo mea. Aut quasi quis hic



A c si diceret alius uerbis. Aut tu cur sedes  
in domo mea non tunc in captiuitate.  
quasi hic aliquis hominum semper  
possit aeternaliter manere. Quia exci-  
disti tibi sepulchrum. Non excidit ille  
in ipso templo suum sepulchrum. sed in ipsa  
ciuitate edificauit domunculam  
impetra. et in celsis locis sperans uere se in  
captiuitate. ut superbia et potentia qua  
uiuens obtinuit. etiam in sua morte os-  
tenderetur. Sed non ibi humatus quia  
captiuus ductus est in babilonem. Ecce  
dominus asportari te faciet. sic asportatur  
gallus gallinacius. Gallus gallina-  
rius. est gallus castratus. quem nos capum  
sive caponem dicimus. Sicut ille por-  
tatur sine impedimento aliquo. et sic  
sebleuiatur super scapulam saguis sine la-  
bore. sic asportatus est ille a terra sua.  
Corona appellat lamina aurea ubi erat  
scriptum nomen domini quam portabat  
sacerdos semel in anno in fronte. Pro  
illa corona. coronatus est tribulatione.  
Sic si posita fuerit corona in aliquo tu-  
mulo siue monte. cito decurrit in ual-  
lem. sic ille lapsus est cito de gloria. et super-  
 rabit. hoc est natiuitatem meam. passionem. re  
 surrectionis triumphum. ascensionisque meae  
 gloriam. Non me inuocasti iacob. nec labo  
 rasti in me israhel. Sicuti superius iam diximus.  
 Duo sunt iacob carnalis et spiritalis. et duo  
 israhel. Et ubi cumque ponitur israhel iacob sine



nomini adiectione sicuti hic. de carnali  
isrl. & iacob intelligendū est; Vbi autē  
cū additamento nominis. ut iacob electe  
meus. & rectissime quē elegi. de spiritali  
intelligendū ē. Non me inuocasti inquit  
iacob. Possumus hoc referre ad illos qui ante  
te aduentū dñi idola coluerunt. Et ad illos  
qui post dñi ascensionē credere noluerunt  
pmanentes in infidelitate sua. Dicamus  
primū de eis. qui ante aduentū dñi preua  
riati sunt in idolis. Sepe inuocauit dñm  
isrl. & exaudiuit eū. Illo autē tempore quan  
do ista loquebat̄ esaias ex psona dī. licet  
in uocaret̄ ore. non inuocabat opere. Non  
inuocasti me inquit iacob. sic inuocand̄  
erā quia me inuocasti ore. idola mente &  
opere. Nec laborasti in me isrl. idē non feci  
te laborare in adquirenda preciosa queq̄  
ad offerendū mihi. Et non laborasti in me  
solū modo. Non obtulisti mihi arietē ho  
locausti tui. & uictimam istam non glori  
casti me. Sepe quidē uidebatur offerre  
holocausta. sed non suscipiebat ipse. eo qd̄  
cōmunia essent illi & idolis. Dño ferebat  
manu. & idolis immolabat mente corde.  
Ac si diceret alius uerbis. Arbitraris quidē  
obtulisse te mihi uictimas. et immolasse  
arietes. sed scias a me non ēē susceptos.  
quia mihi & idolis cōmunes erant.  
Illūq̄ sensū reperit. de quo superius dix̄.

Ut quid mihi offercis multitudinē uictima  
rū uararū dicit dñs. Plenus sū. idē nulla  
re indigeo. Tale ē hoc. quod pamos pphē  
tā loquit̄. Numquid sacrificiū obtulisti  
mihi filii isrl. p quadraginta annos. et  
non potis dō ur̄o moloc. Non uult enī  
dñs parē. sed totū. uideamus quo sacri  
ficio delectet̄ dñs. Psalmista dicit. Sacri  
ficiū dō sp̄s contribulat us. & cor con  
tritū & humiliatū d̄s non spernit.

Non te seruire in oblatione. nec laborē ti  
bi prebui in ture. Precepit dñs offerri sibi  
oblationes. & offerri. tuis. p singula sab  
bata. Quare ergo ista dicit. Ac si dice  
r̄ alius uerbis. Ideo non feci te serui  
re. quia non exquisiui a te preciosum  
quippia. ut in preparandis eis laborare  
te facerē. Et etiā ideo non feci te serui  
re. quia suscipiebā sacrificia tua.

Non emisti mihi argento calamū. & adi  
pe uictimarū tuarū non inebriasti me.  
idē non sū delectatus. Calamū furcul  
est arboris aromaticę. Tuis autē & ca  
lamū p omnib̄ pigmentis posuit.

Non emisti mihi argento calamū. hoc  
est non precepi tibi dare aurū et argen  
tū tuū. ut emerēs ex inde uaria ge  
nera. et preciosa odoramentorum  
et pigmentorum



ad offerenda mihi. quia non placebant mihi  
eo quod communia essent idolis. Verum tamen ser-  
uire me fecisti in peccatis tuis. Seruire facimus  
domini omnipotentem in peccatis nostris. quando nolui-  
mus conuerti ab iniquitatibus. Et ille pius &  
misericors expectat ad penitentiam. Rebusisti  
mihi laborem in iniquitatibus tuis. idem sensus est  
Referamus & hoc ad eos qui post domini ascensionem  
noluerunt conuerti. & illos qui huc usque in im-  
fidelitate permanentes. sacrificium uerum quod  
iam impletum est in figura adhuc tenent. & om-  
nia que offerre domino uidentur. pro nihilo ducun-  
tur. Licet idolis idola non inuolent. Dicit er-  
go dominus iacob & israeli carnaliter agentem. No-  
me inuocasti iacob. nec laborasti in me israel.  
Et est sensus. Bestus agri dra cornibus & struccioni-  
bus. hoc est gentilibus laudantibus me. Tu ia-  
cob nequaquam me inuocare uolueris. nec  
laborem in peccatum negationis penitentia dele-  
res. Et licet holocausta & uictime. atque incensa  
que offeris. uideatur tibi quomodo mihi placeant.  
non delector in eis. quia adhuc in ueteritate pecca-  
ti permanes. non uis transire ad nouitatem euan-  
gelii. Ego sum ego sum ipse qui deleo pec-  
cata tua propter me & peccatorum tuorum  
ultra non recordabor. Alloquitur modo  
iudeos & hortatur ad penitentiam promit-  
tens eis ueniam delictorum. Ego sum

inquit pius. & misericors. qui deleo iniqui-  
tates tuas. si penitentiam egeris. propter me non  
propter te. & peccatorum tuorum ultra non recor-  
dabor. postquam fructus dignos penitentiae  
feceris. Reduc me in memoriam. & iudicemur  
simul. hoc est recordare omnium bonorum que  
tibi feci. quomodo ecluxite de domo seruitu-  
tis. & introduxi in terram omnibus meliorem  
in signis & miraculis. & portentis. Et quem  
admodum deleui a facie tua gentes multas  
& fortes. & iudicemur simul. id est discernam  
quid facere tibi debueram quod non fecerim &  
argue me. Qui sensus plenius habetur in mi-  
chea. Popule meus quid feci tibi. aut quod mo-  
lestus fui. responde mihi. Narrata siquid  
habes ut iustificeris. Loquere prior si quid  
boni fecisti. nisi ego coepero loqui. dicas. quod  
propter mea multi loquia nequeas responde-  
re. Pater tuus primus peccauit & interpre-  
tes tui pro uariata sunt in me. Duobus modis  
possumus intellegere patrem eorum hic appel-  
latum esse. Et abraham intellegendum est. qui  
peccauit dubitans in re promissione & petens  
signum. Et omnis ille populus qui mortuus est in de-  
serto peccando contra dominum. in interpretibus  
quasi inter partes. qui inter duos discurrunt pace  
ferentes. In interpretibus autem uocat hic moysen & aaron  
quod pro uariata sunt ad quas contradictionis. hoc est auo



luntate declinauer. Et contaminaui prin  
pesscos. <sup>id</sup>contaminari p<sup>m</sup>os<sup>m</sup> sen & aaron. quos sic  
circo contaminauisse se dicit. q<sup>d</sup> terra rep<sup>m</sup>is  
sionis n<sup>o</sup> intrauer. Dedi ad interuentione iacob.  
hoc e<sup>st</sup> ad interfectione & israhel in plasp<sup>m</sup>hemia.  
ut nullus p<sup>o</sup>ter duos ex his qui de aegy<sup>o</sup> p<sup>o</sup>to egressi  
sunt. intraret in terra rep<sup>m</sup>issionis. sed ca dauc  
ra eoru iacerent in solitudine. p<sup>o</sup>ter iosue & cale  
ph. Et nunc audi iacob serue m<sup>o</sup> & israhel quem  
elegi. Locutus e<sup>st</sup> superius de israhel & iacob carna  
li. nunc aut<sup>em</sup> alloquit<sup>ur</sup> chor<sup>u</sup> aptoru & credentes  
ex iudeis. cu<sup>m</sup> priuilegio nominis & dignitate  
honoris. Et nunc e<sup>st</sup> chor<sup>u</sup> aptoru quia israhel  
carnalis in infidelitate p<sup>o</sup>manet & non uult me  
audire. tu qui seruus m<sup>o</sup> es & electus m<sup>o</sup>. audi  
mandata mea & opere adimple. Haec dicit  
dn<sup>s</sup> faciens te in corpore & formans te in anima  
ab utero auxiliator tuus. quia cu<sup>m</sup> esses fecite.  
Noli timere serue m<sup>o</sup> iacob & rectissime que ele  
gi. Dicit beatus hieronimus. quia isrl<sup>u</sup> scdm  
pp<sup>o</sup>rietate hebre<sup>o</sup> & l<sup>o</sup>que pp<sup>o</sup>riae isrl<sup>u</sup> rectus siue  
rectissimus interpretatur. Hoc aut<sup>em</sup> q<sup>d</sup> uir uiden<sup>s</sup>  
dn<sup>m</sup> dicit. non in conscriptione literarum e<sup>st</sup>. sed in  
sono uocis consistit. Unde q<sup>d</sup> hic dr. Noli ti  
mere serue m<sup>o</sup> & rectissime que elegi. tale e<sup>st</sup> fidi  
ceret. & isrl<sup>u</sup> que elegi. Effunda eni aqua. hoc e<sup>st</sup>  
doctrina ueteris & noui testamenti sup<sup>er</sup> sicente  
gentilitate. & fluente sup<sup>er</sup> arida. Gentilitas que

erat sicentis. ipsa erat & arida. quia non habebat  
humore dilectionis s<sup>an</sup>cti & p<sup>o</sup>ximi. Effunda enim  
sp<sup>o</sup>m me<sup>u</sup> sup<sup>er</sup> semen tuu o chor<sup>u</sup>s aptoru & bene  
dictione mea sup<sup>er</sup> stirpem tuam. Semen spiritale  
aptoru & stirps om<sup>n</sup>is credentes sunt qui eorum p<sup>o</sup>di  
catione. exemplis. miraculis & scriptis illuminati. ad  
fidem uener<sup>unt</sup>. ut futuri sunt. usq<sup>ue</sup> ad exatrem iu  
dicii die. Et sup<sup>er</sup> hoc semen dn<sup>s</sup> sp<sup>o</sup>m suu fudit.  
quando in baptisate & in posicionem manu<sup>u</sup> ep<sup>o</sup>sc  
coporum. gratiam s<sup>an</sup>cti sp<sup>o</sup>s accepit. Benedictione eti<sup>am</sup>  
fudit sup<sup>er</sup> stirpe<sup>m</sup> eor<sup>u</sup>. quia nisi ipse illustrasset cor  
da gentium. in cassum expenderent p<sup>o</sup>dicacionem  
sua. Iuxta illud cuiusda<sup>m</sup> sapientis. nisi dn<sup>s</sup> illu  
trauerit cor audientis. in uanu<sup>m</sup> laborat lingua do  
centis. Et germinabunt inter herbas quasi salices  
iuxta p<sup>o</sup>ter fluentes aquas. Herba uiriditate gau  
det. Illi ergo qui renouant<sup>ur</sup> in baptisate & be  
nedictione dn<sup>i</sup> merentur accipere herbis uirid  
tibus comparantur. quia habentes uiriditate fidei  
bonoru<sup>m</sup> q<sup>ue</sup> operum germinabunt fructus bone ope  
rationis intercedentes qui iam firmati radicibus.  
uiriditatem & ipsi pleniter possident. Por<sup>o</sup> sal  
cem que infructuosa e<sup>st</sup> & cu<sup>m</sup> ad crescit maxime  
si iuxta p<sup>o</sup>ter fluentes aquas sita sit. hoc e<sup>st</sup> si hinc  
inde aquis uall<sup>etur</sup>. & que eti<sup>am</sup> si sumpta fuerit  
in cibo & potu. sicut phisici dicunt. sterilem red  
dit aquo sumitur. significatur gentilitas que  
sterilis ante aduentum dn<sup>i</sup> extitit a fructu bo



norū operū sed postea aquas doctrine euangeli-  
lice iuxta se habens. que ante instructuosa erat.  
quasi contra naturam protulit fructus uirtutum.

Possumus etiam per herbas & salices gemina uocatione  
intelligere. gentium uidelicet ac iudeos. ut per  
herbas intellegamus multitudinē gentium ueni-  
entium ad fidem. p salices primitiua accelesiam  
ex iudeis. que p dicationibus aptis cito creuit. Iste  
sub auctoritate unus credens & fidelis dicit. dñi ego  
sum seruus per fidē & operationem. non idolorū.  
quia ab illo sū redemptus. Ille alius fidelis. uo-  
cabit peccatores ad penitentia in nomine iacob.  
hoc ē ut sub plantet uicia. sicut <sup>ille</sup> fecit. & hic idem  
ille alius scribet manu sua. dñi ego sū seruus. &  
scdm qđ Lxx. dicunt. dñi sū miles. ut de retro cimo  
nouo gñetur se militem esse xpi. Quidā coeli  
<sup>habet.</sup>  
ces scribet manu sua dño. sed beatus hieronimū  
dñi dicit. scdm hebraica ueritate. & dñi sum.  
scdm qđ lxx. dicunt qđ & apertius ē dicere.  
scribet. dñi sum miles. quam scribet manu sua  
dño. Tamen si dixerimus dño. erit sensus. ut scri-  
bat dño. quod xpianus est. quod fidem eius habet.  
sicut egregius predicator suatum in capite epistola-  
rum & in fine dicit.

**P**aulus seruus ihu xpi uocatus apostolus. Ego  
paulus seruus xpi ihu scripsi haec manu mea. Et  
in nomine israhel assimilabitur. quilibet eorū. ut qđ  
non habet ex carne. habeat per fidem. Gentiles

ergo qui non sunt scdm carnem ex psapia abraam  
assimilantur israheli in nomine. qui interpretatur  
uis uidens dñm. quia ipsi per fidē & operationē  
merentur in p̄senti seculo positi contēplari dñm.  
& in futuro contēplabuntur facie ad faciem.

Non tamen om̄s gentiles assimilantur israheli. sed  
tantum modo credentes. qui possident modo  
legē & prophetas. om̄sq; gratias sp̄s sc̄i que po-  
pulo israhel remisse sunt. Haec dicit dñs  
rex israhel. & redemptor eius dñs exercitū.  
Ego primus ante quē <sup>nullū</sup> & absq; me non ē dñs  
uerus & saluator. Post uocationē gentiū & ef-  
fusionem sc̄i sp̄s. quē cunctis credentibus datu-  
rum se esse. pmisit. quando p uarietate meri-  
torum suorū. Alius dicit. dñi ego sum. Alius  
uocabit in nomine iacob peccatores ad peniten-  
tiam. Alius scribet manu sua esse se dñm.  
& alius assimilabitur in nomine israhel. ut  
relictis idolis. unus sc̄i cultor sit. Loquitur  
contra idolorū cultores. qui noluerunt conuer-  
ti. Quis similis mei ē in idolis. uocet ea que  
non sunt. tamquam ea que sunt. & ordine cre-  
aturarum mearū exponat mihi. Ego crea-  
ui ex nihilo om̄ia cū non essent. exponat ille  
quomodo ordinata sunt. Ex quo constitui  
populum antiquum. uentura & que futura  
sunt. annuntians eis. Populū antiquum appellat  
ut omne genus ab abraam. & populum israheli



ticū populū quē elegit in abrahā; & est  
sensus. Ex quo constituitur populū antiquū  
a primo homine. ut mihi seruiret & israheli  
ticū populū. ut mihi esset populus peculi  
aris. uentura & futura adnunciaui eis.  
Et sicut ego adnunciaui eis futura. si sunt ue  
ri di. adnuncient & illi similiter que futu  
ra sunt. Nolite timere o credentes p secu  
torum seuitiam qui idola colunt. Neq; co  
turbemini ppter minas eorum. ex tunc idē  
ex quo elegi populū antiquū. audire te  
feci & adnunciaui qd idolū nihil ē. sed opul  
manuū hominum. Vos estis testes mei  
o apostoli mei. quia ego sum d̄s uniuerse ter  
re. Numquid ē d̄s a b̄sq; me & formator  
quē ego non nouerim. Si alius ē d̄s pter  
me & formator. necesse ē ut ostendatur &  
alius mundus ē; sed quia non inuenietur  
neq; formator neq; mundus. nullomodo  
alius d̄s ē pter me. qui formaui istum. Plas  
tes idoli. id est formatores idolorum. nihil  
sunt. sicut psalmista dicit. Similes illis fi  
ant qui faciunt ea. & amantissima eorum  
subauditur idola. non pderunt eis. hoc ē cul  
toribus suis in die examinis unius cuiusq;  
Plastes grecum nomen ē. dicitur formator siue  
compositor. Ipsi plastes sunt testes eorum  
idolorū quia non uident neq; intelligunt.

ut confundantur sup errore suo. subauditur  
ideo sunt testes. Sicut psalmista dicit. aure  
habent & non audiunt. Oculos habent & non  
uidebunt. quia non ē sp̄s in eis. Qui formaui  
d̄m & scultile conflauit ad nihil utile. ecce  
om̄s participes eius confundentur. uidelicet &  
qui formaui & qui adorauit. Fabri enī sunt  
ex omnibus ad fabricanda idola. Conuenient  
omnes subauditur fabricatores cultoresq; ido  
lorum in die iudicii. Fabunt ad iudicium. &  
pauebunt recordantes peccatorum suorum. & con  
fundentur simul p errore suo. Faber ferrarius.  
lima operatus ē idolum. in p̄tinis in malleis for  
maui illud. & operatus ē in brachio fortitudinis  
sue. Isuriet formator eius. quia non dabit ei cibū  
d̄s suus & deficiet p labore. & non bibet aquam &  
lassescet. id est si non bibent aliunde aquam. lassescet.  
quia non p̄bebit ei d̄s suus potū. Artifex  
lignarius extendit normam. hoc ē p̄parabit regulā.  
ut possit ad rectitudinē deducere illud idolum.  
formaui illum in rucina. Rucina quēdam arti  
ficium ē lignari gracile & recuruum ex quo ca  
uantur tabule domus. ut una alteri con cectatur.  
Fecit illud idolum in angularibus. hoc ē quadratū  
& in circino tornauit illud. hoc ē in torno & rotun  
ditate. & fecit ibi & in quadrato & in rotundo. ima  
ginē uiri quasi speciosum hominē habitantē in  
domo. Qui enim possit hoc credere qd a scia lima



& terro. malleo q. formetur ds. & uel in  
 prunis simulacra fundent. & incensi no  
 tornata. indeos repente consurgant. p̄serum  
 cū uilitas artis. infame & siti artificis demoni  
 uetur. Succ idit ille lignarius cedrus ad  
 fabricanda idola. tulit ilicem & quercū que  
 steterant p̄ multa tempora inter alia ligna  
 saltus. & fabricat est inde simulacrum. Planta  
 uit pinū & faceret ex ea dñm. quā pluuia  
 permultos dies nutrit. Et facta est illa pinus  
 hominibus ex parte infocū. sumpsit ex eis. uide  
 licet ex cedro ilice. quercu & pino. & cale fac  
 tus est ex eis. succendit & coxit panes. dereli  
 quo aut operatus ē dñm. adorauit. fecit scultile  
 & curuatus est ante illud. medium eius combus  
 sit igni. de medio eius carnes comedit. coxit pul  
 mentum & saturatus ē & cale factus ē. & dixit  
 Uahale factus sū. iudi focū. reliqui autē eius  
 dñm fecit. idē reliquū quod remansit. fabri  
 cauit sibi in idolū. Curuatus ante illud. & ad  
 orat & obsecrat dicens. libera me q̄ ad s̄m  
 estu. nescier̄ neq; intellexerunt. obliū enim s̄  
 neuideant oculi eorum. & ne intellegant in  
 corde suo Non cogitant in mente sua qd̄  
 ego fecerem eos. neq; cognoscunt. quia non  
 sunt di. sed opera manuum hominū neq;  
 sentiunt idē non intellegunt. ut dicant apud  
 se. Mechitate eius combussi igne. & coxi

sup carbones eius panes. coxi carnes ex eo  
 & comedi. & de reliquo eius idolum faciam.  
 Ante truncū ligni p̄cidam. Non faciam.  
 Quare. quia pars eius cinis est. cor insipi  
 ens adorauit illud. & non liberabit anima  
 sua. neq; dicet forte. idē forsitant menda  
 tuum ē in manu mea. Cum fabricaret t  
 adoraret idolum debuerat ista cogitare &  
 dicere apud semet ipsum. Certe in manu  
 mea. id est in operatione mea mendatum  
 est. quia hoc qd̄ p̄ deo colo & teneo. opera  
 manuum mearū ē. Haec debuerunt ingli  
 mente p̄pendere cultores idolorum. sed non  
 fecerunt. capientur in iniquitate sua. nec  
 liberabuntur auxilio decorū suorum. Memen  
 to horum iacob & isrl̄ quo seruus m̄s estu.  
 formaui te. seruus m̄s estu israhel. non obliuis  
 ceris mei. Modo alloquitur populū israhe  
 liticum & fideles. qui in aduentum dñi  
 crediderunt. Cum omnia ita sit̄ ut dixi.  
 et idola scias eē figmenta & compositio  
 nes hominū. ne obliuiscaris O israhel creato  
 ristui. ut adores idola que in aduentu fi  
 lii mei destruenda sunt. tibi q; ipsi inui  
 riā facis. adorans opera manuum tuarum.  
 Deleui p̄ eo qd̄ ē delebo. ut nubem iniqui  
 tate tuas. & quasi nebulam peccata tua.  
 Si uideris me israhel & actenderis que tibi



incipio. Ita delebo in aduentu filii mei  
iniquitates tuas ac peccata. sicuti dissol-  
uitur nubes tenebrosa & nebula calore  
solis & uento raptante adtenuatur. Re-  
uertere ad me o israel & age peniten-  
tiam quod redemi te. pro eo quod est redimam  
precioso sanguine filii mei. Laudate celi. quod  
fecit dominus misericordia iacob. iubilate ex-  
trema terre. Per celos debemus intelle-  
gere & summas angelicas potestates in celo resi-  
dentes. & per extrema terre. similiter angeli-  
cas potestates. que presunt hominibus habi-  
tantibus in terra. & etiam per extrema ter-  
re apti & prophete intellegendi sunt. quod  
doctrina & miraculis & intercessionibus con-  
sistunt homines habitantes in terra. quia  
in ipsis fundati sunt sicut apti dicit. Ae-  
dificati super fundamentum apti & prophete-  
tarum. Resonate montes. id est sancti lauda-  
tionem. qui in culmine uirtutum consis-  
tatis. Saluus & omne lignum eius hoc  
est omnes electi & iusti. Et quare hoc. Quod  
redemit dominus precioso sanguine filii sui ia-  
cob. & israel glorificabitur id est magnus  
fiet. O israel si reuersus fueris ad me in  
toto corde & egeris penitentiam. de salute  
tua letabuntur angeli in celo. & qui presunt  
hominibus in terra & apti ac prophete omnesque

electi. scientes quod redemptus es sanguine  
filii eius. Haec dicit dominus redemptor tuus.  
O israel. qui te redempturus est & formator tuus  
ex utero. id est cum non esset. Ego sum dominus faci-  
ens omnia. & extendens celos solus stabiliens ter-  
ram & nullus mecum. Superius locutus est de sub-  
uersione idolatri & redemptione israel. si peni-  
tentiam egerit. Nunc autem de magnitudine  
potentiae suae loquitur quod ipse fecerit omnia  
solus. ne quis dubitet de saluatione israel tan-  
tum si ad eum conuersus fuerit. Cum autem dicit ex-  
tendens celos solus & stabiliens terram & nullus me-  
cum. non excludit filium a se. neque spiritum sanctum.  
quia unum sunt. & inseparabiliter nequeunt  
operari. sicut ipse filius dicit. Ego & pater unum  
sumus. sed sicut superius diximus. per hanc sen-  
tentiam excludere uult idola a formatione crea-  
turarum. Irrita faciens. id est inania diuinorum  
signa & aruolos in furorem hoc est in amentiam uer-  
tens. Aruoli sunt incantatores. quibusdam incan-  
tationibus re peragunt. Diuini idem sunt qui  
& phitones. id est uentri loqui. habentes spiritum ma-  
lignum in uentre. Et locuntur multa signa &  
portenta. Haec quidem ante aduentum domini  
multi adimplebant. sed crescente christiana  
ex parte eradicata sunt. Conuertens sapien-  
tes huius seculi retro. id est insipientiam. & sci-  
entiam eorum stultam faciens. quia quae stulta



erant elegit. & sapientia philosophorum stulta fecit. Suscitans uerbum serui & consilium nunciatorum suorum complens. Quis est iste seruus dei patris. nisi ille de quo superius dicitur. Ecce seruus meus suscipiam eum. & illud. Parum est tibi. & mihi si seruus. Ipse est seruus. qui & puer. Uerbum autem istud. euangelica doctrina est. qua deus pater super uniuersum orbem suscitauit prunios filii. hoc est per aptos. Consilium apostolorum fuit. ut dispersi per quatuor mundi climata unum euangelium predicarent. unam fidem docerent. & omnipotentem trinitatem in personis. & unitatem in substantia habere adnunciarent. Hoc consilium uerboten ab illis dictum. deus pater rebus compleuit. Quid dico hierusalem. habitaberis. & ciuitatibus iuda. aedificabimini & deserta eius suscitabo. De refectione que facta est a soror babil. & ceteris ducibus permittente cyro. ista loquitur. que captiuitas adhuc complenda erat. Ego deus qui haec feci. & completurus sum. Ego dico hierusalem. quae iterum fundetur. & dico etiam ciuitatibus iude. aedificabimini. & deserta eius suscitabo. Quid dico profundo. id est babiloni. que in profundo peccatorum sedebat desolare ab habitatoribus tuis. & flumina tua tygri. & eufraten a se faciam. Hoc adimpletum est adario & tyro nepote eius. Nam nocte quando balthasar interfectus est ab eis. exierunt illi & eufraten fluum qui per medium

ciuitatem decurrebant. Longe a ciuitate in multos riuulos diuiserunt. & exsiccatum est in tantum. ut per alueum illius per quem antea decurrere solebant. Ipsi ciuitatem ingrederentur & deuestarent. Possunt etiam referri illa superiora ad aecetam presentem. & ista ad hunc mundum. Quid dico hierusalem. iet aecet habitaberis. a credentibus ex gentili & iudaico populo. & ciuitatibus iude. id est aecetes confitentium in toto orbe constructis aedificabimini. & quae deserta antea erant suscitabo. Quid dico profundo. id est mundo huic. desolare a cultoribus tuis & amatoribus. & flumina tua arefaciam. hoc est sapientia huius mundi ad nihil labo. Stultam enim fecit deus sapientia huius mundi. Quid dico cyro. pastor meus. in meis fidelibus & omne uoluntatem meam complebo. dimittendo captiuitatem populi mei. Quid dico hierusalem aedificaberis. a ihu sacerdote magno. & esdra ceterisque principibus de captiuitate redeuntibus. & quid dico in templo fundaberis. idem sensus sunt. ut in superiori uersu. Haec dicit dominus christo meo cyro. ut subiciam ante faciem eius gentes babilonos. caldeos. aegyptios. medos ceterasque gentes in circuitu suo. & dorsa regum uertam ad fugiendum ante eum. Multi reges dorsa uertunt ante eum. domino illi tribuente auxilium. Haec inquit. dominus christo meo cyro. christus interpretatur unctus. Antiquus enim in populo



iudeorū quem admodū apud romanos di  
adema faciebant & faciebant regē. & apud  
iudeos unquebant oleo scō. sicrismate punc  
ti efficiebant reges & sacerdotes. ut aaron  
sacerdos amōse. & dauid. asanuhel. Quare  
ergo cyrus appellatur christus. cū non sit per un  
ctus oleo benedictionis. quia dignitas imperi  
alis p̄ crismate ei fuit. haec dicit dñs xp̄o p̄ eo qd̄  
xp̄o suo. t̄ uncto suo hoc ē regi suo. Et aperiam coram eo  
ianuas. & porte ciuitatum non cludent. Ego  
ante te ibo o cr̄e. & gloriosus terre humiliabo.  
hoc ē babilonios. & caldeos. qui gloriosi habeban  
tur toto immundo. portas aereas conteram ante  
te o cr̄e. & uectes ferreos confringam. Que  
ciuitas illi non patuit inquit b̄atus hieronimus.  
Quis non regum terga subiecit illi. Qui muri  
prius inexpugnabiles. non illius obsidione sub  
uersi sunt. hec qui plenius cognoscere uult.  
legat historiam xeno fontis de c̄ro maiore. & inueni  
et ea esse completa. que isaias ante longe p̄ dix  
it dño manifestante. Et dabo tibi cr̄e thes  
auros regum absconditos & diuersarū urbium.  
& archana secretorum. idē ea que reges & re  
gine in conclauis semper habebant. tibi dabo.  
& quare hoc. ut scias quia ego dñs. qui uoco  
nomen tuum dñs israhel. longe ante quā nas  
caris. sicut olim uocaui isaac & iacob. & mul  
ta ante p̄ dixi de te. & de isaac & io. sia. & hoc  
non feci p̄pter te. neque p̄ tuo merito. sed p̄pter

seruū meum iacob & israhel electum meū.  
ut dimittas eū ex captiuitate. & recognoscens  
que tibi ante p̄ dixi quā nascaris. bona seruis  
meis inpendere studeas. Et uocaui te in nomine  
tuo. hoc ē ut cyrus uocens. Assimilauī in nomi  
ne filio meo. & non cognouisti me. Multi uo  
lunt hoc referre ad dñm ihm xp̄m. que istam  
sententia dicunt. sed non locunt ea que uera sunt.  
Cyrus qui interpretat̄ heres. nam ipse hereditatem  
auunculi sui dari suscepit. regnū uidelicet ba  
biloniorū. caldeorum. medorum. & persarum atq̄  
aegyptiorum. Et qui xp̄s etiam uocatur p̄pter  
dignitatē imperii. assimilari dicit̄. dño ihu xp̄o  
tantum in nomine. qui hereditatē appāre  
suscepit. sicut in psalmo habet̄. Postula a me  
& dabo tibi gemas hereditatem tuā; & qui un  
ctus ē oleo leticiae p̄ participib; tuis. Assim  
lauī te inquit in nomine filio meo. & non cogno  
uisti me esse uerū dñm. qui te feci uictorē multa  
rum gentium. sed adorasti idola que tibi nihil  
p̄ fuerunt. Ego dñs & non ē amplius. dñs uerus.  
extra me non est dñs; quia pater cū filio & sp̄u scō  
unus dñs. sicut loquitur ipse filius. Ego in patre  
& pater in me est. & ego & pater unū sumus.  
An cū te uirtute ut adquirens tibi regna  
& non cognouisti me. sicut cognoscent erant.  
Ideo q; accēxi te uirtute & dedi gloriā regnū  
ut p̄ te sciant hi qui abortu solis sunt. & qui  
ab occidente. quō absque me non est. Ego dñs  
b Non excludit filium a se. neq; sp̄m sc̄m. cum dicit.  
extra me non ē dñs.



& non est alter. Legitur In uolumine libri  
hesitre. scripsisse ceterum. ad omnes gentes. non esse  
aliu dñm pter dñm dñm israhel. Uel etiã in  
tellegendu ut ex captiuoru liberatione di om  
nipotentis clementia notior cunctis in popu  
lis facta e. Dicit iosephus in historia antiquita  
tum. Idcirco dimissu esse populu a uinculo  
captiuitatis. quia legit illo in libro esaiac  
eaq dñs p esaiam pphetam de illo p dixerat.  
Formans lucem ide diem. & creans tenebras. id nocte.  
malu. ide bellum. t afflictione. Ego dñs  
faciens omnia haec. Siue etiã p luce possim  
intelligere laxacione captiuitatis. & per tene  
bras captiuitate. & p malu labore. sicut in e  
uangelio. Sufficit inquit die malicia sua. ictu  
labori suis. Ac si diceret. Ego dñs. qui uos  
male agentes & a me recedentes in captiuitatem  
traſmitto. Ceterum ad me reuertentes puro de  
corde reduco in patria p pni telluris. Rorate  
celi desup & nubes pluant iustum. aperiat terra  
& germinet saluatore & iusticia oriatur simul.  
Ego dñs creau eu. Loquens superius sermo di  
uinus de cetero rege psarum. qui captiuitatem  
relaxauit. qualiter longe ante p dictus sit  
ad no. Nunc de aduentu saluatoris & con  
ceptu illius loquitur. O celi. rorate desup.  
id est serem emittite. Per celum de  
bemus intelligere angelos habitatores ce  
la. & positus pluralis numerus p. singu

107  
lari. Perrore uerba euangelica. Dicit beatus  
augustinus. Ueniat gabriel archan  
gelus & emittat nobis rore. id annuntiet  
natiuitatem dñi saluatoris. Et nubes plu  
ant iustum. Quod p nubes intelligere de  
bemus. nisi pphetas qui nobis pluuiam salu  
tatem deder. unde irrigant corda nra. ad  
nunciando natiuitate dñi passione. resur  
rectione. ascensionemq. eius. beatitudinem  
electorum. & poenam sepboru. de quibus  
& superius dicit. mandabo nubib; ne pluant  
super eos umbrem. Ponamus una nubem  
ex multis. isaiam pphetam. & consideremus  
quid nobis ptulerit. Ecce inquit uirgo  
concepit & pariet filium. & uocabitur  
nomen eius emanuel. Et illud. Emit  
te agnu dñe dominatorem terre de  
petra desertã. ad montem filie sion. Ecce  
pluuia salutaris. qua inebriantur corda  
nra ad intellegendam natiuitate nri sal  
uatoris. Sequitur. Aperiat terra  
& germinet saluatorem. Terra appellat  
scã mariam uirginem. que germinauit  
dñm saluatore. Aperiat terra. hoc e  
cor uirginis ad credendum. Nam cu ab  
angelo audisset. ecce concipies & paries filium  
dixit. Quomodo fiet istud. quõ uirũ non cog  
nosco. & angls. Sp̄s inquit sc̄s sup ueniet in te  
& uisũ altissimi obumbrabit tibi. Haec cu



audiret. apertum e cor eius ad credendum  
& ait. Ecce ancilla dñi. fiat mihi scdm  
uerbũ tuum. Et germinet saluatorem.  
Ihs interpretat saluator. Et quare saluator.  
quia ipse saluum faciet populu suu a pec  
catis eorũ. Et tale e qd dicit. germinet salua  
torem. quasi diceret ihm. Sic enim dixit  
angelus. Uocabiturq; nomen ei. ihs. & iusticia  
oriatur simul. Ipse e iustus. quia peccatum  
non fecit. nec dolus inuentus e in ore eius.  
Ipse e iusticia. quia iustificat credentes in se.  
de quo & dicit. iustus autẽ mĩs ex fide uiuit. Ego  
dñs pater creauit eum. Scdm diuinitate non  
creauit eum dñs pater. quia consubstantialis  
& coeternus e illi. Quantum uero ad humana  
tem pertinet creaui eum. quia operatione sp̃s  
sci corpus assumpsit in utero uirginali. sicut  
dixit angelus. Sp̃s sc̃s super ueniet in te & uir  
tus altissimi obũ brabit tibi. Et notandum.  
cũ dicimus operatione sci sp̃s illũ esse forma  
tum in utero uirginali. non separamus poten  
tiam patris & filii ab eo. ut sine patre & filio  
formauerit illud corp. quia sc̃a trinitas inse  
parabilis & diuisibilis e. Ideoq; tota trinitas il  
lud operata e. Quis enĩ operat pater. eadẽ  
filius. eadẽ sp̃s sc̃s; Tamen quodo illud actũ  
sit. humane fragilitati non cõcedit illud dis  
cutere. Unde & esaias dicit. Generationem  
eius quis enarrabit. Et p̃cursor illius. Non sũ

tori suo.  
inquit digni soluere corrigiam calcimenti eius.  
hoc e mysteria utriusq; natiuitatis eius enucle  
are non ualeo. Ue qui contra dicit fictori testa  
desamus terre. Samus ciuitas e. in qua primũ  
inuenta e. illa ars fingendorum uasculorum.  
Et tale e. qd dicit testa desamus terre. quasi di  
ceret testa detestas terre. fictori & figulo con  
paratur dñs omp̃s. quia ipse sua potentia forma  
uit uniuersitatem istius mundi. Ue illi homi  
ni qui contra dicit omnipotenti deo fictori suo  
aliquid. a quo ipse formatus e. Ac si diceret. Uae  
illi qui non credit xpm eẽ uenturum in carne  
contra dicens uerbis om̃ipotentis dñi. Nũq̃d  
dicit lutum figulo suo quid facis & op̃ tuũ absq;  
manib; e. Sic illa testa t lutũ non potest contra  
dicere fictori suo; Ue qui dicit deo patri. qd  
generas sub filium. equalem tibi. & mulieri be  
ate uidelicet mariae. quid parturis qd non ex semi  
ne uirili suscepisti. De qua muliere dicit beatus ap̃tus.  
xps factus e de muliere. factus sub lege. Hæc dicit  
dñs sc̃s israhel plastes eius. id creator & formator ei  
Uentura iñt rogat me & super filios meos & sup  
opus manuu mearu mandastis m̃e. Plastes gre  
cũ nomen e. & dicit formator siue plasmator.  
Plasmator ei e. dñs pat̃. quia plasmavit eũ in utero  
uirginali; uentura mysteria interroga me  
O uidei sup filios meos sub adoptiuos. qui creditum  
sunt filium meum. quomodo debeam eos re  
gere. & sup opu manuu mearu mandate m̃hi.

tori suo.  
inquit digni soluere corrigiam calcimenti eius.  
hoc e mysteria utriusq; natiuitatis eius enucle  
are non ualeo. Ue qui contra dicit fictori testa  
desamus terre. Samus ciuitas e. in qua primũ  
inuenta e. illa ars fingendorum uasculorum.  
Et tale e. qd dicit testa desamus terre. quasi di  
ceret testa detestas terre. fictori & figulo con  
paratur dñs omp̃s. quia ipse sua potentia forma  
uit uniuersitatem istius mundi. Ue illi homi  
ni qui contra dicit omnipotenti deo fictori suo  
aliquid. a quo ipse formatus e. Ac si diceret. Uae  
illi qui non credit xpm eẽ uenturum in carne  
contra dicens uerbis om̃ipotentis dñi. Nũq̃d  
dicit lutum figulo suo quid facis & op̃ tuũ absq;  
manib; e. Sic illa testa t lutũ non potest contra  
dicere fictori suo; Ue qui dicit deo patri. qd  
generas sub filium. equalem tibi. & mulieri be  
ate uidelicet mariae. quid parturis qd non ex semi  
ne uirili suscepisti. De qua muliere dicit beatus ap̃tus.  
xps factus e de muliere. factus sub lege. Hæc dicit  
dñs sc̃s israhel plastes eius. id creator & formator ei  
Uentura iñt rogat me & super filios meos & sup  
opus manuu mearu mandastis m̃e. Plastes gre  
cũ nomen e. & dicit formator siue plasmator.  
Plasmator ei e. dñs pat̃. quia plasmavit eũ in utero  
uirginali; uentura mysteria interroga me  
O uidei sup filios meos sub adoptiuos. qui creditum  
sunt filium meum. quomodo debeam eos re  
gere. & sup opu manuu mearu mandate m̃hi.



hoc ē p̄cipite mihi qualiter ea quae condidi quib̄berne. ȳronice. ista intellegenda sunt que dixi. Ego feci terrā & hominē super eam creaui ego. Manus mee tender̄ celos. & habitatio sit meis angelis. & omni militis eorū. uidelicet angelis & stellis mandauit hoc ē p̄cepti quid agere debeant. Precepi angelis ut me laudarent creatore suū & ministeria sua implerent. Precepi soli ut illuminet terrā. cursum suū pagens in caelo .v. diebus & quatuor horis. tendatq; orientem. Si ergo ego feci terrā ut habitaret ab hominib; & celos extendide sup̄ eosq; uarietate astrorū deco- rari. ut morarent̄ in terra cultores dī. quid mirū ē. si filiu meū iustum regē misi in mundū. ut mihi adquireret multos filios adoptiuos. Et quid mirū. si eū suscitauit a mortuis ut sua morte om̄s liberaret a nexu mortis. qui omnib; que uiuunt p̄sto ut uitā habeant. Ego suscitauit eū ad iusticiā. sub uisit saluator. non solū iudeorū. sed etia & gentiū. & om̄s uias dirigam. idē actiones & opera. quatin̄ peccatum non faciat. neq; dolus inueniatur in ore eius. Ipse filius n̄s aedificabit ciuitatem meā. hoc ē ecclesia meā tā ex gentib; quā ex iudeis. & captiuitatē meā dimittet sub liberā. Quidā uolunt hoc referre ad christum. cuius temporib; dimissa ē captiuitas. & templū p̄missū ē aedificari. sed non conueniunt p̄cedentia. quia non sunt om̄s uia ei directe. cui & dictū ē. assimilauit te & non cognouit me. Nec etia ipse aedificauit. licet aedificari

permiserit. quā n̄ ei tempore completa ē aedifica- tio ei. sed temporib; assueti. Redeamus ad p̄ceden- tia. referentes ad dñm ihm xpm. cui ista plenis- sime ascribi debent. Ipse aedificauit ciuitatē patris. sc̄am uidelicet ecclesiam. contra quā por- te inferni non p̄uabunt. quia fundata supra fir- mam petra. hoc ē super ipsum. & que in monte posita. dest in illo quae est mons montiū latere nūquā poterit. De uisus ciuitatis fundamento dicit egregius p̄dicatō. fundamentū aliud nemo potest ponere p̄ter id quod positum ē. quē xps ihs. Considerandū ē de qua captiuitate subiungat. & captiuitatē meā dimittet. Peccante primo parento n̄ro in paradiso. captiuatus est ad iabo- lo. & ex ul a proprio solo effectus ē in huius pere- grinationis exilio. om̄sq; filii eius captiuitatis uinculo obligati sunt. donec uenit altissimi fili- us p̄ incarnationis mysteriū. & sua morte sim- pla dupla manū destruxit reuocando nos ad gaudia paradisi. unde expulsi fueramus; unde & subiungit. Non in p̄cio inquit neq; in mu- neribus sub liberauit. & redemit nos ut acciperet ex inde p̄ciū sed p̄pria sponte. & misericordia lar- ga. Haec dicit dñs. labor aegypti. hoc ē cul- tura idolō quā p̄ omnib; gentib; adimplet. & negotiatio aethiopiae terrena. subaudit̄ cessa- uit in aduentu tuo fili dilectissime. & sabam uiri sublimes ad te transibunt credentes in te. & tui erunt p̄fide & operationē. Cultura idē



quā aegypti diis suis impendebant. labore ap-  
pellat quia multum laborabant illi in offeren-  
dis sacrificiis diuersisq; portenta. uel elicit canū.  
ouū. hircorū. aliorūq; multorū. Sed adueni-  
ente xpo immundū post ascensionē eius cū apti  
ad illud & ad alia regna transissent. p̄dicantes  
gratiā sci euangelii. ubi antea colebatur multi-  
tudo simulacrorū. coepit uenerari unius dī reli-  
gio. intantū ut p̄ omib; regnis hacten̄ ibi mona-  
chorū cateruae consistant. pugnantēs sine gla-  
dio materiali contra principem mundi; ibiq; im-  
pletum ē q̄ dicit apt̄s. Ubi habuit peccatū.  
sup̄ habundet gratia. Similiter aethiopes quā antea  
terrena lucra exercebant. conuersi ad fidem xpi  
ceper̄ t̄rena p̄ponere. & toto mentis affectu ce-  
lestia lucra desiderare. Sabaim eadem ē & saba re-  
gio ciuitas in sim̄; & biopia posita de qua fuit  
regina saba. Vni sublimes aut̄ appellat̄. quia po-  
tentissimi & ditissimi semper extiter̄. qui &  
ipsi ad fidem dñi transier̄. de quib; dicit psalmista.  
Om̄s de saba ueniunt aurū & thus deferentes & lau-  
dem dño adnunciantes. Haec tria <sup>que</sup> commemorā.  
intelliguntur omnia regna & regiones de quib; om-  
nib; ad fidē dñi cotidie colligunt̄. Postea ābulabunt.  
recte credendo & bene uiuendo uincti manent̄ p̄-  
gent. id̄ p̄ceptis dominicis astricti. ābulabunt de  
uirtute in uirtute. & te adorabunt de relictis iam ido-  
lisq; deprecabunt pura m̄tis deuotione. Tantū inte-  
r̄ & nō ē abq; te d̄s uerus. Uox patris de filio. Sic di-  
cent illi; Tantū  
in te ē d̄s. id̄ in filio.

sic enī ipse dicit. Ego in patre & pater in me ē & non  
abq; d̄s. sic ipse dicit. Ego & pater unū sumus. Ue-  
re tu es d̄s abscondit̄; p̄pt̄ humanitate ista dicitur.  
quia inhumanitate latuit diuinitas. Ipse est d̄s sal-  
uator israhel. q̄ ipse saluat populū suū a pecca-  
tis eiq; iuxta uerbuū angeli. Confusi s̄ & erubuer̄ om̄s.  
abier̄ simul in confusione. hoc ē in perditione fabri-  
catores errorū exstiter̄. quando in t̄o mundo semi-  
nare mendacium. dicentes ab aptis dñm furtiue  
sublatū. Confusi s̄ ergo scribe & pharisaei in ma-  
licia sua traditi in manū romanorū. & erubuer̄ om̄s.  
non ut penitentiam agerent. sed in tribulatione  
positi. & abier̄ simul in perditione corporis an-  
imaeq; Illi quidē perier̄. israhel saluat̄ ē in dño sa-  
lute eterna p̄ aptos credider̄ saluati sunt salute  
aeterna. Non confundemini O apti aliiq; creden-  
tes. nō erubescetis in poena constituti p̄ nomen  
meo. usq; in seculū seculi. id̄ neq; in hoc seculo uos pudebit  
sustinere tormenta seculi de gl̄a. neq; in futuro. in bea-  
titudine eterna constituti. Quia haec dicit dñs.  
creans celos ipse d̄s. ut habitatio in eis sit angelorū. for-  
mans terrā & faciens eā. ut eam inhabitent. cultores  
dī. ipse plasces eius. hoc ē formator terre. Non in-  
uanū creauit eā ut habitaret̄ ab omnib; adorantib;  
& intelligentib; creatore suū & idola contempnen-  
tib; ideo formauit eam. Ego dñs & non ē alius d̄s.  
faciens similia. Haec contra idolorū cultores dicta.  
Non in abscondito locut̄ sum in loco terre tenebrosi.  
Quodā locut̄ ē in abscondito in monte s̄ina.

cent illi; Tantū  
in te ē d̄s. id̄ in filio.



quando dixit filius israhel. non erunt tibi dii alii  
 em. quia uni tantummodo populo locutus est ceteros  
 latuit. sed istud quod dicitur in abscondito non solum  
 locutus. de euangelica doctrina intellegendum est. que  
 in omni fine terre per predicationem apostolorum insonuit.  
 Non dixi semini iacob frustra querite me. quia  
 primum ueni ad eos dicens. Non sum missus nisi ad  
 oues perditas israhel. & eis colorum regna dare promisi.  
 Si relictis imaginibus legis & ceremoniarum. euangeli-  
 geli ueritatem sequerentur. Ego dominus loquens  
 iusticia per quam iustificabitur omnis qui eam adim-  
 plere uoluerit annuntians rectam ut omnis creatura  
 suam adoret creatorem. Iusticia locutus est dominus. quan-  
 do postquam iudei predicationem despexerunt. dixit apostolis.  
 Euntes in mundum. uniuersum predicare euangelium.  
 Congregamini omnes fideles ad meam fidem. & uenite  
 ad me non loco sed merito. quia ego ubique sum.  
 & accedente simul in unum ouile. qui saluati estis  
 ex gentibus sanguine meo a errore & peccatis.  
 Quia iudei noluerunt agere poenitentiam & indignos  
 se iudicauerunt aeternae uitae. Alloquitur gentiles.  
 ut congregentur in unum ouile. Unde cum dicitur  
 congregamini. ostendit non omnes gentes statim  
 credituras. sed paulatim & per partes. Nescierunt  
 sub gentiles uerba mea. qui in proprio errore perma-  
 nerunt simulacrorum suorum onere pergrauati. Et  
 qui laxant signum sculpture suae. ut qui sigilla  
 sculpunt suis in simulacris. & rogant dominum non sal-  
 uante. Unde & praecipit apostolis & credentibus

ut oportune in oportune annuncient ueritatem.  
 & in eam consilium gentium. Annunciate uenite  
 inquit omnes apostoli & credentes gentibus adhuc in er-  
 rore manentibus. fidem quam percepistis. & consili-  
 amini simul de salute eorum. hoc adimpletum  
 est. quando ante quam diuiderentur per unum orbem.  
 commune consilium elegerunt. ut unitate an-  
 nunciarent non dissidentes ab inuicem. Tunc  
 etiam & symbolum composuerunt de trinitate & u-  
 nitate. de comunitione ecclesiae & resurrec-  
 tione generali. Quis auditum fecit hoc ab in-  
 cilio de salute gentium. nisi ego qui locutus sum ad  
 abraham in semine tuo benedicentur omnes gen-  
 tes & plurima his similia que per omnia propheta-  
 tarum praedixi. Uel etiam alio modo. quis audi-  
 tum fecit ab incilio quod dicitur. uel quod nihil est  
 non debet adorari. nisi ego qui dixi. non erunt  
 tibi dii alii. nec facies tibi sculptile. Ex tunc  
 id est ex quo adduxi populum meum ex egipto.  
 praedixi illud quod idolum uel nihil sit. Num  
 quid non ego dominus. & non est ultra deus absque me.  
 Deus iustus & saluans non est praeter me. in patre  
 est filius & in filio pater. Conuertimini ad  
 me & saluaueris omnes fines terre. quia ego  
 dominus & non est alius. Conuertimini ad fidem  
 meam a idolatria omnes gentes. & saluabo uos  
 ab interitu gehenne. Inpleto illo quod praedixit filio  
 re promissit dicens. Postula a me. & dabo tibi  
 gentes hereditatem tuam & possessionem tuam



terminos terre. <sup>1</sup> Addit <sup>1</sup> In me metipso iuravi  
ego dñs pater sub audit. qđ sententia oris mei.  
& uerbū qđ semel ptuli de salute gentiū ne  
quaqua irritum fiat. sed opere implebitur.  
Non debemus putare. qđ om̄ps dñs iuret p̄ ali  
quid iuramentū. sed iurare dñ. quia sermo  
illius firmissim⁹ & immutabilis ē. C̄grechi  
etur de ore meo iusticiae uerbū. hoc ē filius  
m̄s incarnabit̄ qui ē uerbū meū. ut etiam  
sententia iustificationis. p̄ qua iustifican  
de s̄ gentes. & non reuertet̄ filius m̄s ad me  
cū assūpta carne. donec redimat̄ gen̄ huma  
nū. t̄ sermo & sententia p̄ dicationis non  
reuertetur ad me sine fructu. Quare. Quia  
mibi curuabunt̄ genu om̄ia sub genera  
hominū. que antea incuruabant̄ ante  
idola. & non solū genua corporis. sed uolū  
omne genu flectatur. & ceter. Et iurabit  
inquit om̄s lingua. sub mibi in hoc loco.  
maxime fides gentiū ostendit̄. Non ideo  
sermo diuinū ista loquit̄. qđ iurare  
nos p̄cipiat. sed om̄s sermo xp̄ian⁹. fir  
mus debet eē. quasi sub iuram̄to. utq̄  
filii ueritatis se cōfitent̄ eē. ueritatem  
ex corde & ore p̄ferant. Ergo in dño dicit  
populus xp̄ianus. Mee sunt iusticiae  
legis & euangelii ac baptism⁹ & gr̄a sci  
sp̄s. Non populo uideq̄. & imperiū sub  
ego obtineo p̄ uniuersū orbē. Ad eū uet

ras mentis. De  
hoc die ap̄ls.  
In nomine dñi

ad xp̄m uenient om̄s gentes recti credendo.  
& bene uiuendo & confundent̄ in suo errore  
om̄s qui repugnant ei. respicientes sermones ei.  
Confundent̄ quidē. id ē erubescunt de suis malis.  
non ut pereant. sed penitentia agant. sic dicit  
ap̄tus. Quē ergo fructū habuistis tūc. inq̄bus  
nunc erubescitis. Uel certe illi qui in suo errore  
permanserint. confundent̄. in die iudicii audi  
entes ad dño. Ite maledicti in ignē aeternū. in dño  
fioabit̄. in presenti per baptismum & per poenitentiam.  
& laudabit̄ omne sem̄ israhel. hoc ē om̄s chorus  
ap̄torū uel quide corū stirpe pululauer̄. & credi  
derunt in xp̄o habentes iusticiam. & gloria sepi  
terna. De hac laudatione & gloria dicit dñs. Uide  
ant opera ur̄a bona. & glorificent̄ patre ur̄m que  
in celis. Et psalmista. Letabit̄ iustus in dño. & lau  
dabunt̄ om̄s recti corde. Conflat⁹ ē bel. id ē impe  
cuniae p̄ cui redact⁹ est. Contritus ē nabo. Post no  
cationē gentium. statim subiungit̄ sub uersio ido  
lorum. Bel siue saturnus. idoloq̄ fuit primū ba  
byloniq̄. postea que ab illis sup̄serunt & aliae gen  
tes. Dictū ē autē bel abelo patre tum. Tantiq̄  
honoris & religionis fuit apud ueteres & non solū ei  
humanas hostias captiuorū ignobili. rū que. sed  
in sup̄ filios suos immolarent. Nabo. & ipsum ido  
lū ē. sed non ē in isto loco positū p̄ idolo. sed p̄ interp  
tatione sui nominis. Interpretat̄ enim p̄pheta  
siue diuinatio. Et notandū quia cū dix̄ conflat⁹  
ē bel & yranus subiungit̄. contritus ē nabo. asper  
e. transiit ad dñm significans. quia post ascensū



onem dñi aplō. q; p̄ dicationē poene uni  
 uersa idola conflata sunt & redacta ad nihi  
 lū. & cultus ac religio eorū. insup̄ om̄is p̄pheta  
 demonū & diuinitio magorū hominū cessa  
 uit. Facta sunt simulacra eorū sub de q̄.  
 bestus & uumentis. Namq; ad opus bestiarū  
 & uumentō. facta sunt ut ab illis adorent. sed  
 similitudinē bestiarū & uumentō. habentia;  
 uel etiā alio modo. Facta sunt simulacra  
 de q̄ bestus & uumentis. id ut adorarent ab om  
 nib; more bestiarū. ac uumentō. uiuentib; homo  
 em̄ sicut dicit psal̄ mista. cū in honore eē non  
 intellexit. cū paratus est uumentis insipientib;  
 & q; Et similes illis fiant qui faciunt ea. Ho  
 nera uīa graui pondere sunt. hoc ē magna  
 pondera. usq; ad lassitudinē; honera uīa id  
 simulacra uīa graui pondere s̄. hoc ē magna  
 pondera metallorū in se habent. Uel alio mo  
 do. Simulacra uīa nihil sunt aliud. nisi ho  
 nera sacerdotū. & colla portantū deprimētia.  
 usq; ad lassitudinē. Contabuer̄ ipsa simulacra.  
 id defecerunt. ad nihilata sunt post dñi ascen  
 sionē; ita loquit̄ p̄pheta de futuro quasi de  
 p̄terito. Non potuerunt illa simulacra sal  
 uare portante se de tribulatione. & anima eorū  
 id fabricantium portantum. colentium. in  
 captiuitatē demonū ibit. Non ē enim pu  
 tandum. qd simulacra muta & insensibilia  
 anima habeant. sed de anima colentium

dictū constat. Audite me domus iacob  
 & omne residuū domus israhel. Non dixit  
 audite me serui mei & electi mei cū adiectio  
 ne honoris. sed audite me domus iacob. id est  
 duae tribus iuda & beniamin ac leuitica car  
 naliter uiuentes. & longe a me recedentes. &  
 omne residuū dom̄ israhel. hoc ē reliquiae  
 decē tribuū. quae similit̄ per idolatriae cul  
 turam a me recessistis. Quando p̄pheta ista  
 loquebat̄ t̄ trib; adhuc morabantur in iu  
 dea. decem uero iam ducte erant in asyrios.  
 ideoq; dixit residuū domus israhel. Quod aut̄  
 addit. qui portamini a meo utero. qui gesta  
 mini a me a uulua. n̄ debemus putare dñm  
 omnipotentem. qui sp̄s e. habere uulua aut  
 uterum. Sed per uulua & uterum. clemen  
 tiam. & misericordiam illius debemus intelle  
 gere. qua p̄regimur & sustentamur. Et quan  
 tum ad litteram pertinet. instat puerorum  
 ac lactantium ille populus. ita a deo quasi  
 matris utero & uulua pregnantis exeḡto  
 portatus ē in terram reppmissionis. Quan  
 tum uero ad altiore intellectum acti  
 net. portatus ē a d̄i misericordia. p̄de  
 ferrum. quia sustinuit eum peccantē.  
 nolens statim illam tantam multitudi  
 nem delere. Similiter postquam in  
 tro duxit eū in terram omnibus meliorem.  
 & ille ab eo sepe recessisset. irritans eum



ad iracundiam adorando idola. diu sustinuit  
& portauit iniquitatem eius. prestolans eum ad  
poenitentiam. sic & post passionem suam per  
annos. x. lvi. usque ad senectam sub uiram.  
non meam. ego ipse sub sum. quid dixi olim  
moysi. Ego sum qui sum. ut etiam usque ad  
senectam uiram ego ipse protegam uos. & usque  
ad canos uros. non meos. id est usque ad diem uel  
cui ego portabo uos & sustinebo. ut cum plenitudo  
gentium impierit uos saluemini credendo  
in me. Ego feci uos. & ego feram. id est ego ex  
pectabo uos ad poenitentiam. & saluabo. si  
me credere uolueritis. Cui sub deo manu  
facto assimilastis me. Nunc maxime con  
tra illos loquitur. qui temporibus achas &  
ezehia idola coluerunt. statuentes ea in om  
nibus angulis platearum. & in ortis nemo  
ribusque. & super domos. Qui confertis aurum  
de saculo. sicut temporibus aaron in deser  
to. & statera argenti ponderatis. uolen  
tes scire quantum unusquisque adferat. con  
ducetes id est conuocantes auri ficem. hoc  
est statuarum. ut faciat uobis deum. & proci  
dunt ante illud omnes qui eum perspexe  
runt. & adorant illud. Portant illud simu  
lacrum sacerdotes de loco ad locum. quia non ualet se  
ipsum mouere. & stabit in eo loco ubi positum fuerit. ac  
de loco suo non mouebit sua uirtute. sed & cum clamaue  
rit ad eum sacerdotes & cultores eius non audiet eos

Mememore istud fabricatores. cultoresque idolorum  
